

N



W

1

5

5


8



Henrici Jacobi et filii  
in sermo anno 09

P. f. 38

Theologie  
N. VI. ~~234~~ 460



10  
11

*[Faint, illegible handwritten text]*

12

# REPLICA

IOAN. ECKII ADVERSVS SCRIP-  
pta secunda Buceri apostatae super  
actis Ratisponae.

Accusatur contumacia Buceri nihil respondentis ad  
obiecta in Apologia.

Expurgatio Eckij à mendaci infamatione,  
quia adhuc viuit Eckius.

Oblatio Eckij facta in Apologia fol. 108. hic repetitur.

EGO SVB PERICVLO CAPITIS MEI OFFERO  
me gloriosissimo Imp. nostro CAROLO & catholicis statibus, omnia me  
defensurum in negotio fidei recessu Augustano contenta, aduersus Buce-  
rum ac omnes Suermeros, uel coram sacro Concilio generali, uel statibus  
Imperij, aut Theologis Academiarum, Parrhisij, Salamini, Compluti, Lo-  
uanij, & Patauij. Agite quotquot estis, contra unum insurgite ECKIUM:  
an adiutorio dei non de uobis omnis ueritas fidei trium-  
phet, & uictoriam reportet?

Cum gratia & Priuilegio Cæsareæ Maiest.

M. D. XLIII.

# REVERENDISS.

IN CHRISTO PATRI, AC ILLUSTRIS-  
simo Principi & Domino, D. Ioanni Lodouico Treuiro-  
rum Archiepiscopo, sacri Rom. Imperij Principi Electori,  
ac per Gallias & regnum Arelaten, Cancellario, Ca-  
tholicæ ecclesiæ communionem habenti, do-  
mino suo pientissimo, Gratiam  
DEI optat,

**R**

Reverendissime in Christo pater, præ foribus sunt pericu-  
losissima tempora a saluatore & apostolis prædicta: &  
turbulenta secula Arrianorum, Nestorianorum ac Ico-  
nolastarum obuersantur nobis ante oculos, & dicere  
solum cum Maxentio seruo dei, patrono monachorū

Maxentius.

Scythiæ contr. Nestorianos. Si in hoc seculo posset esse finis menda-  
cij, maneret vix quæ quæ quieta ecclesia: sed quia inextricabile quodammo-  
do malum nunquam desinit humana corda pulsare, atque inopinatis argu-  
mentis fidem inquietare catholicam: necesse est sectatoribus verita-  
tis prudenter captiosas sententias præuidere, sapienter quoque dete-  
gere, prolataque in medium malleo veritatis cohibere, & vix ad ef-  
fusionem sanguinis contra eas pro veritate certare. Eodem consilio  
contra hostem ecclesiæ, fidei & veritatis Bucerum mihi agendum est,  
qui etiam Myriades hæresum teneat inflatus, & turbines mendacio-  
rum, respondi tamen eius nugiuendo libro super actis Ratisponæ,  
in quo detraxit Rom. pont. eius legato inculpatissimo, ac catholicis  
principibus & ordinibus Imperij. Detexi apostatæ dolos, respondi  
illius calumnijs, & quæ falsa attulit, iubare veritatis illustravi: sed  
nunquid habent finem verba ventosa? minime. Sed quia fabricator  
est mendaciorum & cultor peruersorum dogmatum, vt ait Iob, re-  
didit nouo libro hæresibus, mendacijs, & iniurijs confusus (forte non  
sine Theseo suo seducto) quem zelo fidei motus non potui ipræte-  
rire, quin Aristarchi virga illum iugularem ad cautelam simplicium  
& fidelium consolationem.

Ioan. 16

Iob. 13

Hanc opellam Reverendissimæ Celsitudini tuæ dedicaui multis  
permotus rationibus. Nam ecclesiæ sanctæ Treuironum es antistes,  
in qua nullus vnquam hæreticus sedit, sicut in alijs quibusdā metropoli-  
tanis ecclesijs, & deus det ne hodie deficient. Ad hæc fuit Treueris  
catholicorū doctorū perfugium. Illuc enim se contulit, vt ad asylum,

67

ex Aegypto beatiss. Athanasius ad Maximinum Treuironum epi-  
scopum, vt B. Hieronymus testatur, & in cisterna occultatus sym-  
bolum fidei edidit. Quicumq; vult saluus esse, &c. Huc venerunt S.  
Martinus Turonorum episcopus, huc venit B. Hylarius Pictauien.  
B. Hieronymus ciuitatem illam sanctam visitauit. Nam Petro apo-  
stolo autore fidem receperunt Treuiri, ad quos sanctos destinauit En-  
charium vnu ex lxx. discipulis domini, Valerium & Maternum, q  
tractu baculi S. Petri a mortuis excitatus est. Præterea tot sanctos e-  
piscopos, qui in hac sancta sede tua sederunt, ex quibus aliqui etiã  
martyrio coronati sunt: Paulinus, Bonosius, Leander, Bafinius, Fœ-  
lix, Abrunculus, Britio, Maximus, Numerianus, Auspicius, Valen-  
tinus, Martinus, Marcellinus, Quirinus, Rusticus, Seuerinus, Flo-  
rentinus, Fibicius, Sebandus, Agricus, Nicetius, Hidulphus, Vuc-  
omadus, Legūtius, Marcus, Modovvaldus, Marcus, Fortunatus,  
Magnericus, Poppo Marchio Austriæ, Modestus, Lupus, Cyril-  
lus, Celsus, & pleriq; alij. Vide amplissime princeps, quot habeas  
virtutum exempla, q̄ sanctis & Heroicis viris successeris. Addo q̄  
præter episcopos innumera turba martyrum & confessorū tubam  
archangeli apud vos expectat, S. Palmatus procbis, S. Tyrus, Se-  
natores Treuironum & martyres innumerabiles Thebæorū, S. Bo-  
nifacij, S. Asteruli, Castor, Seuerinus, Ciriacus, Adelbertus, Goaris,  
Iustus, Beatus, Bantus, Lubentius & cæteri: Quibus accedunt Chri-  
sti & apostolorum ac martyrum reliquiae, cura S. Helenæ illic loca-  
tæ. S. Matthiæ vnici Germaniæ apostoli corpus totum, & ossa mul-  
ta S. Petri, S. Pauli, S. Philippi, S. Iacobi, S. Bartholomæi, S. Matthei  
& aliorum maxima copia. Etiam hoc permouit non mediocriter, q̄  
prædecessores tui catholici episcopi, Richardus & Ioannes clemen-  
tes fuerunt in ECKIV M: & nemo dubitat te, vt catholicum præ-  
sulem decet, in eorum vestigijs permanurum, qui nuper Gregorius  
Vernbergerum tibi a sacris & concionibus huc ad nos misisti, ad  
sinceram & puriorem Theologiam plenius capeffendam: sicut &  
incomparabilis & nobilis vir D. Ioan. ab Enschringen tibi a libel-  
lis, vt aiunt, Cancellarius, pignora sua huc misit, vt inter catholi-  
cos catholice educarentur et catholica retinerentur religione. Qua-  
propter boni cōsule hunc laborem meum: dudum enim debueram  
tantum archiepiscopum & veteris religionis amantissimum, in au-  
spicijs dignitatis suæ aliquo demereri officio, quod iam fa-  
cio. Vale felicissime & imperterritum exhibe fidei  
defensorem. Ingoldstadij 10. Ianu. Anno  
gratiæ. M. D. XLIII.

a ij IOAN.

**IOAN. ECKIUS ACCVSAT**  
 contumaciam Buceri, qui ad sequentes articulos in Apo-  
 logia sibi obiectos non respondit, & petit ins-  
 tanter, vt à quolibet catholico lectos  
 re vt conuictus condemnetur.

- Art. 1 Actum est, vt nulli parti collocutores præiudicent, sed ad Imp.  
 M. ac ordines Imperij referatur. Fol. 1  
 Cur ergo vrget tam vehementer, vt principes catholici debeant  
 recipere articulos per collocutores permiffos, cum diuus Imp. fe-  
 cerit liberum?
- 2 Esse ordinatos, qui consignarent acta colloquij. 1  
 Cur instante ECKIO non profers consignatores tuos?
- 3 Articuli & numero plures & præcipui sint recõciliati 1. & fol. 95  
 Cur non respondes, cū obiecti 17. præcipuos articulos non esse con-  
 ciliatos & ex conciliatis 11. non fuisse controuersos: & interea vix  
 duo ægre fuerint conciliati?
- 4 Negat suos docuisse deum proprie mala agere. 38  
 Obiecti Melanchthoni, vt sit proprium opus dei non minus Iudæ  
 proditio, Dauidis adulterium, quam Pauli vocatio.
- 5 Vnctionem extremam admiserunt prædicatores. 47  
 Lutherani laici improbauerunt: hanc contradictionem non diluit  
 Bucer.
- 6 Bucerani sepelierunt penitus missam Argentinæ. 53  
 Quid ergo Bucer respondet confessioni Saxonicæ, Apologiæ Me-  
 lanch. & catholicis?
- 7 Ecclesia habet potestatem discernendi verba dei a verbis hoim. 59  
 Cur ergo non permittis ei potestatem discernendi sacramenta fidei  
 ab alijs signis, & verum sensum discernendi a falso?
- 8 Maior est autoritas scripturæ, quam totius ecclesiæ. 59  
 Cur ergo tribuis ecclesiæ, quod possit testificari quæ sit vera scri-  
 ptura, & quod possit iudicia constituere doctrinarum?
- 9 Cum pane est corpus Christi. 61  
 Cur iactatis sacram scripturam, cū nec Matth. nec Marc. nec Lucas,  
 nec Paulus vestræ consentiant hæresi, dicentes: Hoc est corpus meum?
- 10 Paulatim creuerunt hæ poenæ satisfactionales. 69  
 Cur non respondes, quod obiecti eas decreuisse, quia olim triennium,  
 quatr. quinquennium, septennium durabant, vbi iam vix dies se-  
 ptem suscipiuntur?
- 11 Nulla est potestas ecclesiastica Bernæ. 72. 73  
 Cur iam asseritis potestatem ecclesiasticam, sicut indoctus Hofander  
 voluit



- voluit Norimbergæ reducere excommunicationemē
- 12 Sancti non sunt inuocandi. 75  
Cur non respondes obiectionibus Hieronymi & ECKII?
- 13 Oblatio missæ non fit pro alio. 76  
Obieci eos esse surdos & cæcos ex apostolo & sanctis patribus &  
vsu ecclesiæ a 138. annis vsq̃ nunc.
- 14 Paulatim docēdo reuocauimus veterē morē cōmunicādi. 77  
Obieci, sæpe communicare bonū : sed quis a proximo decennio &  
amplius vel ter in anno vidit communicare Bucerum, Lutherum,  
Hofandrum?
- 15 Veritas corporis Christi in eucharistia. 78. & melius 112  
Obieci Bucero, quod contrarium scripsit super Matthæo & Ioan.
- 16 Prædictum, postrema tempora ecclesiæ periculosa. 81  
Obieci pericula nouissimi temporis esse prædicta propter hæreses,  
& probauit.
- 17 Docuimus populū pie viuere, et mores corruptos emēdare. 82  
Obieci manifesta sacrilegia, votifragia, blasphemias, spoliationes,  
violentias, seditiones, luxum, libidinem, neglectum totius cultus  
diuini & similes virtutes Lutheranorum.
- 18 Lex de cœlibatu est iniusta cōtra ius diuinū, & naturale, & vo  
ta sunt contra secundum mandatum decalogi. 85  
Ostendi hoc esse conculcare Christum, Paulum & prophetas.
- 19 Lutherani docent obedientiam erga principes & Cæsarem. 93  
In Apologia & in hac Replica adduxi, quō contemnatis Impe. &  
principes. Et Imp. non ignorat rebelliones vestras & ligas vestras  
contra decus Imperij Romani & regni Teutonici.
- 20 Episcopi debebant Buceros conuincere erroris. 105  
Toties victi olim & nunc obstinati durant in pertinacia.
- 21 Communio detur plebi sub vtraq̃ specie. 107  
Obieci, cum Bucer Bernæ, Argentinx, Marpurgi secutus sit Zuin-  
glium, & Lutherum impugnaverit, cur iam tuetur Ludderanos cō  
tra panem pistorium Lutheranorum?
- 22 Concilium generale directe determinauit contra verbum dei  
Bernæ. 111  
Obieci, cur ergo ecclesiæ tribuerit certum iudicium de scripturis &  
intellectu scripturarum?
- 23 Sycophantiæ Buceri de missa. fol. 114  
Cur nihil respondes ad oblationem meam?
- 24 Permittit Bucer sacerdotibus & monachis matrimonia.  
Sed respondeat obiectis de perpetuo & sacrilego eorum meretri-  
cio. 115

- 25 Sequuntur communem consensum ecclesie catholice.  
Hoc esse falsum ostendi, quia sequuntur dissentientem consensum  
hæreticorum. 124
- 26 Spiritus dei est vicarius Christi in ecclesia.  
Hanc hæresim Buceri improbaui cum Bernensibus cum alijs bla-  
sphemis hæresibus. 124. 125
- 27 Multi sunt interfecti docti propter hanc doctrinam Lutheri  
noua asperitate.  
Ab antiquo hæreticos fuisse relegatos, occisos & combustos pro-  
baui. 50. & seq.
- 28 Ostendi alias nationes Christiani orbis non receptoras cõclu-  
sa nationalis Concilij hæreticorum.
- 29 Apud quem vnquam legisti, Papã esse caput ecclesie & Con-  
ciliorum? docui, legi apud optimos.
- 30 Quanta detrimenta ecclesie ex diuitijs episcoporum.  
Hanc esse hæresim Vadianorum ostendi, & certam ecclesie cõ hæ-  
reticis concordiam. 148. & seq.

SEQVITVR ELENCHVS CON

tentorum in hac Replica.

- Seditiosi hæretici plures hoc tẽpore nocentissimo Germaniæ. Fol. 1
- Bucer appellat ad Christum. 2
- Bucer omnes nationes Christianitatis contemnit. 2
- Hæretici amarissimi. 2
- ECKIVS solidis scripturis disputauit contra hæreticos. 5
- Bucer contra episcoporum ordinem in senatu Imperij. 4
- Articuli non reconciliati Ratisponæ. 5
- Ludderani non petunt antiquum statum ecclesie. 6
- Blasphemia Buceri contra cæremonias veteris legis. 6
- Bucer per maximam seipsum damnat & omnes Lutheranos 6
- Catholicorum opera bona & fides viua. 7
- Bernardi verba de põpõs abbatibus torquentur in Buceros. 7
- Epicurismus Lutherannorum. 8
- Episcopi iuste principes non prædones, sicut Lutherani, qui episco-  
patus & monasteria violenter prædantur. 9
- Hæretici odiunt veritatem, & in ecclesia mentiuntur euangelium  
filuisse. 9
- Erasmum Bucer producit, tanquam hominem suæ impietatis asser-  
torem, sed contrarium ostenditur, quid sentiat Erasmus de Lutheri  
Zuingliani contrarij Lutheranis in pluribus. 11 (stis. 10. 11)
- Luther ab initio hæresim habuit in cerebro & pulmone. 12  
Ludce

Luder afferuit purgatorium cōstantissime, & postea damnauit.	12
Ludder iuste condemnatus a Papa.	13
Hæresis Ludderanorum de sola fide.	14
Lutherani non sunt multum docti, sed in conuitijs potentes.	15
Secta Epicureorum in ecclesijs Luderanis.	15
Quod quæsiuit Luther, inuenit, lupam & opes.	16
Luder sanguinarius & irreuerens erga principes.	17
Bucer excusat Lutherum in peccatis, & culpatur religiosos.	17
Vestales catholicæ quanto excellant porcas Lutheri.	18
Quis Ludder, et q̄ castiores & doctiores in ecclesia reperiantur.	18
Principes & ciuitates recedentes a recessu Augustano.	19
Fructus Lutherismi.	20
Eleemosynæ maiores catholicorum quam Lutheranorum.	20
Bucer fatetur suos excessisse & lapsos.	21
Lutherani non vnum, sed diuisi extra ecclesiam.	21
Ludder dolose petit pacem lupinam sine episcopis & pontifice.	22
Reges boni amici prophetarum & sacerdotum.	22
Sedes Romana inerrabilis frustra impugnatur a Bucero.	23
Ridendi porci Lutherani a Bucero commendati	24
Conciliabulum Buceri. 25	24. & alias sæpe.
Scriptura difficilis a Lutheranis laicis non intellecta.	24
Concilia quæ errarunt.	25
Aphricana Cōcilia in causa Apiarij nō aduersabatur sed. apost.	26
Bucer iacet prostratus, quia sibi contradicit.	26
Concilia aliqua attulerunt damna.	27
De Parabaptistis & mordacitate Lutheranorum.	28
Bucer perpetuo mentitur & aperte malus est.	28
Errorem de lib. arb. reuocarunt Luderani.	29
Hæreses pessimæ nouæ Lutheri.	29
Deus potest alia & meliora facere quam fecit.	30
Melanchthonis grandia errata.	31
De causa peccati Melanchthonis errata blasphema.	32
Hofandri Herodiana tyrannis in infantes.	32
Luderi error de peccato originali post baptismum.	33
Zuinglianorum hæresis de peccato originali, quod non fit peccatum.	33
Paulus ad Rom. 7. loquitur in persona aliorum, probatur & hoc	
Lutherani coguntur fateri.	35
Ambrosius recte allegatus ab ECKIO consentit Origeni.	36
Melanchthon & Luther corruerunt Augustinum.	36
Catholici prius & multa & veriora docuerunt de fomite.	37
	Adam

Adam non creatus in gratia, & Luther falso imponit manifeste Aug.	39
Bucer non vidit doctores, & de sequela peccati originalis Exemplar libri oblato Cæsari non habuit ECKIVS.	39
Male negatum esse in peccatore imaginem dei	40
Error magistri sententiarum est tolerabilior, quam Lutheranos	40
Christus iustitia nostra quomodo intelligatur.	41
Buceri malitia & superbia Lutheranos.	41
Lutherani victi Vuormaciæ.	41
Bucer seipsum destruit, & palam se ostendit mendacem.	42
Bucer si vicerit, destruet Lutherum & reuocabit Zuinglium.	45
In concordia Augustæ exclusum, ne sola fides iustificaret.	45
Infantiæ Buceri in vulgari libro & eius vocatio.	45
Plaustra infamationum Buceri, quia est mos Ludderanos	46
Zuinglij maliciosa detractio contra ECKIVM,	46
ECKIVS victor Parrhissiana sententia.	46
Bucer fingit crimina in ECKIVM & sibi contradicit	47
ECKIVS se non intrusit Augustæ, Romæ, Vuormaciæ & Ratispo næ.	48
Imp. non peccauit deputando ECKIVM.	49
Imp. nimis mitis Lutheranis.	49
Bucer excommunicatus, non ECKIVS.	50
Imp. Reges & principes contra Lutheranos.	50
ECKIVS non pluralis, sed iuuit nepotes.	50
ECKIVS vitam a pueritia studiosam duxit per omnem ætatem.	51
Et progressus doctrinæ suæ & promotionis.	53.54
ECKIVS abiit Friburgo.	55
ECKIVS cum timore tractat diuina.	56

FINIS INDICIS.

IN

## IN NOMINE

TVO DVLCIS  
IESV.

ESTATVR B. HIERO- Hierony.  
 nymus veteres scrutās historias, in-  
 uenire non potui aliquos alios sci-  
 disse ecclesiam dei, & de domo do-  
 mini seduxisse populum præter eos,  
 qui sacerdotes à domino positi fue- Autores  
schismatū.  
 rant & prophetæ, id est, speculato-  
 res, versi in laqueum tortuosum, &  
 in omnibus locis ponentes scandalum. Quod etsi nemo  
 ambigat Hieronymum verissima locutum:at quantum ex-  
 clamaret pro magno & feruenti zelo suo, malleus ille hæ-  
 reticorum Hieronymus, si hodie monstra illa & portenta  
 vidisset, quæ ex Luthero cucullato, ex Zuinglio Caphar-  
 naita, Baldasaro anabaptista, sacerdotibus prodierunt: qua Hæreticos  
rum filij.  
 rum viperarum genimina totam ferme infecerunt Germa-  
 niam, Hofander, Pomeranus, Melanchthon, Coruinus,  
 Musculus, Oecolampadius, cum complicibus suis, qui ma-  
 lorum magistrorum pessimi discipuli, omne virus peruersæ  
 doctrinæ exuentes, latissime ac perniciosissime sparserūt,  
 cum magna dei blasphemia, cum perditissima animarum Hæresis se-  
ditiosa.  
 iactura, & omnium scelerum ac flagitiorum, rebellionis ac  
 inobedienciæ & scissuræ implantatione. Neq; potuit infe-  
 licius cadere hæresis omnium seditionum mater & impie-  
 tatum, quàm hoc tempore: in quo si vnquam necesse fuit  
 Germaniam esse concordem, oportuit profecto hoc infeli-  
 ci tempore, dum sæuissimus hostis, Christiani sanguinis si-  
 tientissimus, Christianitatis vastator crudelissimus, excu-  
 bat

A bat

CONTRA PRAEFATIONEM

**Turca.** bat ante fores Turca, Hungaria pro magna parte cum **Bu-**  
**Hungaria.** da regia vi occupata, ob intestina Hungariae mala, seditio-  
 nes, discordias, factiones & domestica mala. Vae vae caecae  
 Germaniae, quam non faciunt aliena pericula cautam, pa-  
 ries dum proximus ardet. Tam indurati, obstinati ac excec-  
 cati inveniuntur hac lue haeresum corrupti, ut mallent Ae-  
 mirsultano Turcarum parere, quam mitissimo Imperatori  
 Carolo V. regi catholico & à deo coronato. At non sunt  
 experti importabile & grauissimum iugum Turcicum ma-  
 lioqui citius linguam dentibus morderent, quam illa im-  
 mania perferrent: at agentibus pseudopraedicatoribus, cor-  
 ruptis doctrinis, ita dementati sunt & à mente alienati, ut  
**Esaia 2** bonum malum dicant, & malum bonum: tantum potest  
 impia & haeretica doctrina.

**Bucer.** Ex hoc morbido grege prodiit serpens virulentissimus  
 Bucer, ecclesiae hostis, fidei apostata, excucullatus mona-  
 chus, haeresum propagator & seminator perfidissimus, qui  
 non contentus superiori anno acta fidei in Comitibus Ratis-  
 ponae multis mendacijs & dolis ac imposturis in publicum  
 dedisse, ut in Apologia nostra pro reuerendissimis ac illus-  
 trissimis principibus catholicis adeo manifeste probaui, ut  
 non posset clarius esse in sole. Adhuc tamen redit eandem  
 cantilenam recinens, ut gloriosus scriptor apud suos apostas-  
 tas videatur, & eos in perfidia pertinaciores reddat, dum  
 volumina crescunt, velut Origenes de Celso conqueritur.  
 Nihil enim huiusmodi scribit, ut errores reuocet aut emen-  
 det, sed qui in sordibus est, adhuc sordescat, & qui nocet,  
 noceat adhuc, ut Angelus Ioanni dixit: nec aliud expectans  
**Apoc. 22** dum fuit à lingua dolosa & labijs iniquis: à lingua, quae  
**Psal. 119** concinnabat dolos: à lingua, quam acuit sicut serpentes, ve-  
**Iacob. 3** nenum aspidum sub labijs eius, & ut S. Iacobus ait: lingua  
 inquietum malum, plena veneno mortifero. Possunt autem  
 doli eius, fraudes, technae ac mendacia facile ex Apologia  
 nostra

nostra superiori deprehendi: verum propter simpliciores quosque, aut qui Apologiam lectam non retinent memori mente, visum est prodesse, si ad catholicorum solatium percurram obiter illius impietates & blasphemias, ac obelo iugulemus infandos errores, vlttricibus flammis dignos, ne simplices impingant. Christus sapientia dei & verbum patris infallibile, cceptis feliciter aspiret, ad gloriam nominis sui, & hæresum extirpationem.

# EXCVSSIO

TITVLI FALSI, ET  
Epistolæ liminaris.



RAEFIXIT BVCER PE  
stilentissimo libro heroicum titulū, vt librum faceret vendibiliorem, & huiusmodi melle venenum obliuisceret: De vera ecclesiarum in doctrina, cæremonijs, & disciplina, reconcilia-  
tione. Legenti titulum istum mihi mox in mentem venit Apologus de asino Cumano, qui sub pelle leonina se Leonem mentiebat: Ita apostata ille veræ ecclesiæ aduersarius, cæremoniarum contemptor, doctrinarum falsator, promittit conciliationem, ac si ex diuo Paulo non essemus edocti: Quæ participatio iustitiæ cum iniquitate? aut quæ societas luci ad tenebras? Quæ conuentio Christi ad Belial? aut quæ pars fidei cum infidei? Et hic præcursor antichristi Bucius promittit nobis cõpositionem ecclesiæ catholicæ à Christo sus  
A ij per

CONTRA PRAEFATIONEM

per petram fundatæ cum ecclesia malignantium, quam odiuit dñs: at permittamus homini, quem deus despexit, factum verborum. Veniamus ad nugacem eius epistolam.

Appellatio  
ad Christum.

Principio testatur suam bonam fidem, & syncerum studium in restituendis ecclesijs, de quo appellat iudicium domini. Pulchre hoc, id est, latronice: quis enim hæreticorum non appellauit ad Christum? Sic latrones, homicidæ, prædones, fures, proditores ad extremum prouocant iudiciũ, at propterea non parcitur igni, rotæ, gladio, furcæ: verum appellare ad Christum familiare est hæreticis, vt in Husso patuit, Sauanorola, &c. Vult videri deinde alter Paulus & iactat quomodo tot curis & laboribus ecclesijs seruiuerit, & in pestilentia moriturus. Et hoc belle, q̄ eis impie persuasit extra ecclesiam mori, sine confessione, sine eucharistiæ viatico, sine sacra vnctione infirmorum, vt sic recta infernum peterent & Plutonia regna.

Mortui  
extra ecclesiam.

A. ij.

Bucer oēs  
nationes  
continet.

Carpit deinde homo facetus Germanos, Italos, Gallos, Hispanos & Anglos, quia nec veterem ecclesiæ doctrinam, quæ extat in libris sanctorum patrum, nec Lutheranorum recte intelligant. Quis hic non aperte deprehendit Luciferianam superbiam (quæ est hæreticorum mater) an in totius orbis Christiani ecclesijs, doctissimi omnium nationum viri & acutissimi, non intelligant veterem ecclesiæ doctrinam, ac sanctos patres, sed ad scholas veniant & ferulæ se subdant hæreticorum, apostatarum, fidefragorum monachorum? Cum certissimus, & verissimus quoque sit catholicorum ex omni natione consensus, vestram doctrinam plane pugnare cum veteris ecclesiæ & Christi doctrina.

Promissio  
Buceri.

Pollicetur repurgationem doctrinæ & disciplinæ Christi: Id quod omnes promiserunt hæretici, & nunquã præstiterunt, sed manibus & pedibus laborarunt destruere Christi doctrinã & Christum ipsum, cū nihil aliud maiori cura



cura & sollicitudine agant, quàm vt omnes in hæresi & apostasia conueniamus, in scissura & rebellione.

Quis vero non detestetur Morionem illum ineptissimum, cum iudicat à secta sua & perfidia Christianos remorari amorem opum, carnalem tranquillitatem, & fugã crucis: ac si tota Germania nesciret Lutheranos esse auarissimos: vnde ex auaritia plures nati sunt Lutherani, vt aliena usurparent, bona ecclesiarum ac monasteriorum raperent, meterent vbi nunquam seminarent. Quis à Christo passo magis accurate quæsiuit carnalem tranquillitatem? quis magis fugit crucem Christi, quàm vos scædi & Epicurei Christiani: qui ob id potissimum obtenditis libertatem euangelicam, vt impune non beneficiatis: & quod Petrus prohibuit, libertatem habetis velamen malitiæ, vt nonni & nonnæ vestræ impudenter toti mundo declarant.

Is uiscus  
est principum & ciuitatum.

1. Petri 2

Misericors apostata reprimere vult incendium schismatis nostræ patriæ, ac si ipse non esset inter primos, qui huic igni continuo fomenta subministraret, quo non solū Germania, sed totus mundus conflagraret: tam funesto animo sunt omnes hæretici in Remp. Christianam, quod eorum fauor in Turcam testatur.

Sinonios dolos lupi illius rapacissimi Bucij, qui infidias tur ouibus Christi, & nocturno tempore fremit circa causas (vt Ambros. de hæreticis inquit) in Apologia nostra satis superq; deteximus. Nam ad eam peruenit dementiam, vt non modo Augustissimum Imp. nostrum vere Christianissimū, & sacri Romani Imperij proceres, prætextu cõcordiæ desiderasset in suas sordes, hoc est, Lutheranas hæreses pellicere: sed & parentes & proauos suos dudum incineratos libenter huic impietati, si posset, deuoueret.

2. Jo

Arroganter iactat se versatum in luce, quasi sui Rhenani nesciant quas tenebras quæsiit in varijs speluncis, vbi latuerit, vt nycticorax lucem fugiens.

A iij Ab

CONTRA PRAEFATIONEM

Albertus Pighius praepositus S. Ioannis in Traiecto, vir omnium disciplinarum peritia exercitus, quem in arenam vocat, suas recte tutabitur partes, vt arbitror, pro singulari sua eruditione. Cum autem meis impugnationibus nequit respondere Bucius, sicut nec tota haereticorum fex, calumnijs agit pro more noui & falsati euangelij: conuitia appellat, & ea futilia quae scripsi. Agedum apostata, an in disputatione Lipsica contra vestrum patriarcham Lutherum, & huius obtusum propugnatorem Carlstadium, conuitijs egi? aliud testimoniũ perhibuit dux Georgius Saxo immortalis memoriae, & Christiana tunc Lipsensis Academia. Sodes, an conuitijs egi aduersus apostatam Oecolampadium fratrem tuum in Baden Suicerorum: at duodecim Contoues Heluetiorum aliud testati sunt literis suis. Siste gradum, an in colloquio Vuormaciensi conuitijs egi aduersus Grammaticum tuum Melanchthonẽ: auritus es testis, me id non fecisse: quod si tam impudens esses, vt soles, vt hoc etiam ausus esses mentiri, tamen diui Imp. commissarius illustris D. à Granuella, cum tot principum oratoribus te mendacij conuinceret. Ad haec quia praenominatarum disputationum extant exempla, per notarios iuratos, etiã aduersariorum conscripta, quae manifestissime te mendacij coarguunt.

A. iij.

ECKIUS  
nō conui-  
tjis agit.

A. iij. A  
Haeretici  
negant se  
haereticos.

Conciliũ  
Bucij pro  
pace.

Iactat apostata Lutheranos in nulla haerere haeresi, sed sequi sensum catholicum, cum quo pugnet aduersarij sui, &c. Quis autem haereticorum non contempserit simplicitatẽ ecclesiae, ait Hierony. simili verborum ampulla: quasi Arriani, Donatistae, Pelagiani, Vualdeh. & Pighardi, non sibi huiusmodi insolenter arrogauerint, vt in haereticis cum Augustino congressis liquet, Emerito, Maximino, Fulgentio, Feliciano, &c. Conuenit & hoc moribus apostatae communem pacem huiusmodi medio suadetis, vt Imperator & Imperij status impudentissimis de Concilio generali ludificationis

tionibus pontificis valedicant, indictionem quoque Concilij Tridentini contemnant. At olfacio excucullati vafricis em: veretur ne incendium Germaniæ per votifragos monachos & periuros sacerdotes suscitatum per Oecumenicum Concilium extinguatur. Ideo hæretici oēs Concilium oderunt peius anguet duntaxat vrgentes vt conciliabula, & spelūcæ latronū, & cōuenticula ex farina suorum hoīm cōgregentur: at beatus vir qui nō abiit in cōsilio impiorum.

At quid non audet effrenis excucullatus frater olim ex mendicantium ordine, cum temere submoueat prælatos et abbates ex confessu Imperij, ac si mendicus ille exititius ac vagabūdus, sacri Romani Imperij senatum in manu haberet, illuc locaret quos vellet, aut locatos expelleret. Cum à tempore cōstituti ordinis Imperialis assumpti fuerint prælati, vt non ignobilia membra Imperij, quo tempore nullus adhuc ordo mendicantium approbatus extabat. At hæc cacodæmon ex odio religionis illi suggestit & exulcerata inuidia, qui cuperet nullam religionem extare, nisi apostatarum.

Porro quis non excretur extremam apostatæ temeritatem qui ortum hæresum Zuinglianæ & Lutheranæ dicit esse tempus visitationis nostræ, & maiori impudentia dicit deum nos paterne & misericorditer ista visitatione reuocare, cum eidentissimum signum sit irati dei, qui nos intus hæresibus, & foris flagellis Turcicis affligi permittit. Et Germani præcipue experti sumus, quantis calamitatibus pressi fuerimus à Lutherismo orto vsque in hanc diem. Quantum profecerit exercitus iam in Pannonia, qui vix ausus fuit, etsi numerosus, Budam in sex mensibus vel semel aspicere, perpetuo Germanorum opprobrio nemo non nouit: vt pueriliter iactet apostata, copias tam cōsentienter & prompte in Hungariam ab Imperio missas cum magna iactura impensarum, inedia quoque & morbo

Arrogat sibi Bucius potestatem in ordinem Imperij. Episcopi in senatu Imperij antiquo.

Tēpus hæresum, et tempus visitationis.

CONTRA BUCERVM

morbo multis milibus in expeditione desideratis. At quæ potuisset esse spes victoriæ & rei bene gerendæ de exercitu, in quo erant tot impij & blasphemij hæretici, Sacramentarij, Iconoklastæ, dei ac sanctorum contemptores, excuculati monachi, periuri sacerdotes, qui contra veterum principum & bellatorum Germaniæ consuetudinem, nullos habuerunt sacerdotes, vix vnum & alterum, qui pro more Christiano tremenda sacrificia altaris pro salute exercitus, & pro necessitate ecclesiæ, D. O. M. suppliciter offerret. Rogemus dominum, ne totam Christianitatem finat periclitari ob hanc hæreticorum perfidiam: Sed respiscētibus hæreticis & perfidiam agnoscētibus Christianissimo Imp. nostro Carolo det de hostibus fidei felices successus, ac speciosos triumphos: Qui viuit in secula deus benedictus, Amen.

EXCVSSIO RAPSO  
di  
matum Buceri.

Diuisio  
scripti Bu  
cerici.

**L**ectoris Christiani habentes rationem, partimur incōditam nugarum Buceri cōgeriem in tres partes: prima de Luterismo & Lutericijs, & de hæresi extirpanda per Cōcilium nationale, pinguia habet mendacia. Secunda continet aliquos articulos Ratisponæ tractatos, cum verbosissima peccati originalis disceptatione. Tertia pars multis sophismatibus contendit homines sola fide iustificari. In his arbitratur Bucer veram ecclesiæ doctrinam, & cæremonias consistere. Orditur autem farraginem nugarum suarum à magnis mendacijs, nihil reueritus illustris D. Ludouici, Domini à Prato venerandam & Christianam integritatē affirmat enim plurimas controuersias fidei Ratisponæ esse compositas, & quæ maximæ existebant: restare paucas numero, & non adeo magni momenti. Huiusmodi commentis vult imponere optimo principi, & incautum fallere Lectorem. Verum nos contrarium ostendimus ad oculum (vt aiunt) uere respondisse catholicos principes Augusto  
Cæsaris

Cæsaris Solum scilicet illos articulos conciliatos minoris momenti, & de quibus inter doctos antehac non magna fuit controuersia, & qui non tantum offenderunt populum Christianum, sicut reliqui non reconciliati, quibus tamen fides Christiana precipue nititur, vt sunt articuli de veritate corporis & sanguinis in eucharistia, de eius sacramenti adoratione ac reseruatione, de laicis non vtraque specie communicandis, de confessione ecclesie, de poenitentia & satisfactione, & similes: qui adeo non sunt conciliati, vt etiam vehemetissime sint ab aduersarijs impugnati, nec esse spem super illis conciliationem fieri posse. Et euidenter principes Lutherani testantur, cum finito colloquio in responso diuo Imp. dato solum tres articulos concordatos exprimunt, & eis opponunt non concordatos maximos. Recitavi catholicorum principum responsum in Apologia. Verissima autem principes catholicos respondisse Cæsari, ego euidenter commonstro aduersus impudentiam Buceri in eadem Apologia: ad illa oportebat Bucerum respondere, & se virum declarare: at illis præteritis, quibus nequit etiam respondere, verbosissime corrasit portenta verborum ad dementandos homines periculosis ac damnatis suis hæresibus. Ruit ergo ex adductis in Apologia totum Buceri fundamentum in hac dicaci farragine: pergamus tamē lapsus eius denudare, & quàm frustra diuus Imp. & catholici principes nitantur concordiam doctrinarum cum hæreticis facere, ac si vnquam tenebræ cum luce, & perfidia cum fide concordari possint.

Excursurus Bucer in longissima parerga de exordio hæresis Lutheranae (hoc non est concordiam facere, sed antiqua vulnera recrudescere) facit duas partes in Germania (hoc enim quærunt factiosi illi, schismata & partes facere) Primos statuit, qui antiquam religionis formam retinent, qui iure & iuste Catholici ac Christiani appellantur: nam

B etiam

Articuli  
magni non  
reconcilia-  
ti.

Fol. 99. 2

Fol. 2. & 3  
& fol. 95  
96.

Ruit fun-  
damentum  
Buceri.

a a. ij. b.

Luthera:  
ni non pe  
sunt anti  
quum sta  
tum eccle  
siae.  
Hiere. 2

etiam Plautus in Captiuis antiquos mores vsurpat p̄ pro  
bis. Alij sint protestantes, qui ecclesiam in antiquū & puris  
orem statum (ita eis tribuit) ac apostolicum ordinem resti  
tuere cupiunt, iam supra 20. annos. Aduerte mi lector quā  
decoro verborum fastu cupiat tibi imponere: ait suam ses  
tam cupere antiquum & purum statum ecclesiae, cum ni  
hil aliud faciant, quā fodere antiquas cisternas hæreticos  
rum dissipatas, vt propheta ait, quæ non valent continere  
aquas: purum cupiunt statum, cum eorum vita nihil sit ina  
purius, ingluuie etiam Sardanapalium vincentes, Apitiū et  
Epicurum, Sybaritas effœminatos & Syracusanos. Ac ædio  
flores in cultu nulla ætas vidit: longissime autem absunt, vt  
quærant apostolicum ordinem quem lacerant, sed suæ fati  
næ patriarcharum ordinem redire cupiunt, Arrii, Vigilant  
ii, Iouiniani, Donati, Nestorii, Aetii, Vualdensem pauperē  
de Lugduno, Pighardi, Vuiclefi, Hussi, & huiusmodi dam  
natæ memoriæ pseudapostolorum. Mirum cum XX. ans  
norum meminit, qd nō venerint ei in mētem M. CCCC.  
anni antiquæ nostræ religionis, quæ tot seculis excedunt  
eorum hæresim nuper inter tam paucos annos natam.

22. 3

Frustra adfert quomodo populus olim edoctus fuerit  
placare deum, & est ensis Aiadis, q̄ interimit autorē: quoni  
am in toto veteri testamento docetur auerti à vijs suis pes  
simis, & conuerti ad dominum, Eccī 17. Hiere. 18. 3. Reg. 8.  
2. Para. 8. Ezech. 18, &c. Et totum euāgelium inuitat ad pœ  
nitentiam agēdam. Ideo ait Christus, facite dignos fructus  
pœnitentiæ. Contra Ludderani solam fidem extollunt, &  
suis dicunt, credite: Christus dixit facite, tantum absunt à  
doctrina Biblica, vix memores pœnitentiæ.

Audite Lutherani, dānat pseudapostolus vester Bucer  
Iudæos, qui gratiam dei arbitrabantur se consequi absq; vl  
la corruptæ ac damnatæ vitæ pœnitentiæ: quid aliud prædi  
cant seductores vestri, sola fides iustificat: solū credite pecc  
cata

cata remissa, & oīa peccata sunt vobis remissa, quia solū incredulitas damnat. Itaq; iudicio Bucij vestri estis damnati.

Sed audite blasphemiam Buceris: prophetæ, inquit, cæremonias, vt res deo maxime abominandas & execrādas detestantur, etiā eas quas deus ipse in lege sua commēdauit:

Citat Esa. i. vbi respuit sacrificia, sabbata & solennitates Iudaicas, tanq̄ abominationes: intelligentia ergo Bucerana, peccassent Iudæi reuersi in Iudæam, & antea, sacrificia offerēdo, peccasset Maria in tēplo offerens secundū legē Moyse

in die purificationis: mandasset Christus p̄c̄m leproso. Vade ostende te sacerdoti, & offer munus tuum quod præcepit Moyses. Ita hallucinantur in re tam aperta doctorelli, dum à nemine volunt doceri præsumentes magnā doctrinam, cum sint parum docti & in Theologia inexercitatis

lioqui per regulā sciuisent: nō oīa reprobata à p̄phetis referēda ad illud tēpus, q̄ scripserunt, sed ad tēpus futurū: Messie, vt illud Malachia: Nō est mihi volūtas in vobis, &c. q̄d

non erat verū pro tpe Malachia, sed pro tpe Messia, q̄n ab ortu solis vsq; ad occasū magnū erat nomē dei in gentibus cū cōcordātibus. Doctū itaq; p̄phetæ verbū de tpe futuro, indoctus p̄uersor Bucius ad p̄sens retulit tēpus. Ite Ludde

rani & celebrate falsos vestros magistros, expositores, imo verius corruptores sacrae litera, sicut rationē literalē, cur instituta fuerint cæremoniæ, ignorauit, & deo oblatas nimium extenuauit: de fiducia op̄e in tertia parte tractabim⁹.

Antiquū est verbum, medicina nō debet esse nocentior morbo: Bucerus, quia aliqui nimium tribuant cæremonijs et inuocationi sanctorū, prorsus illa reiicit, cū potius deberet ostendisse rectum vsum illorū, reiectis abusibus, & lector sci

ret eligere bonū & reprobare malū: sic de audiēdis missis, precibus monachorum, venerādis reliquijs sanctorum, ac exornandis eorum imaginibus & similibus iudicandum, si bona intentione, deuoto animo, ad gloriam dei, in quem

Antiquū est verbum, medicina nō debet esse nocentior morbo: Bucerus, quia aliqui nimium tribuant cæremonijs et inuocationi sanctorū, prorsus illa reiicit, cū potius deberet ostendisse rectum vsum illorū, reiectis abusibus, & lector sci

ret eligere bonū & reprobare malū: sic de audiēdis missis, precibus monachorum, venerādis reliquijs sanctorum, ac exornandis eorum imaginibus & similibus iudicandum, si bona intentione, deuoto animo, ad gloriam dei, in quem

Antiquū est verbum, medicina nō debet esse nocentior morbo: Bucerus, quia aliqui nimium tribuant cæremonijs et inuocationi sanctorū, prorsus illa reiicit, cū potius deberet ostendisse rectum vsum illorū, reiectis abusibus, & lector sci

ret eligere bonū & reprobare malū: sic de audiēdis missis, precibus monachorum, venerādis reliquijs sanctorum, ac exornandis eorum imaginibus & similibus iudicandum, si bona intentione, deuoto animo, ad gloriam dei, in quem

Antiquū est verbum, medicina nō debet esse nocentior morbo: Bucerus, quia aliqui nimium tribuant cæremonijs et inuocationi sanctorū, prorsus illa reiicit, cū potius deberet ostendisse rectum vsum illorū, reiectis abusibus, & lector sci

ret eligere bonū & reprobare malū: sic de audiēdis missis, precibus monachorum, venerādis reliquijs sanctorum, ac exornandis eorum imaginibus & similibus iudicandum, si bona intentione, deuoto animo, ad gloriam dei, in quem

Antiquū est verbum, medicina nō debet esse nocentior morbo: Bucerus, quia aliqui nimium tribuant cæremonijs et inuocationi sanctorū, prorsus illa reiicit, cū potius deberet ostendisse rectum vsum illorū, reiectis abusibus, & lector sci

ret eligere bonū & reprobare malū: sic de audiēdis missis, precibus monachorum, venerādis reliquijs sanctorum, ac exornandis eorum imaginibus & similibus iudicandum, si bona intentione, deuoto animo, ad gloriam dei, in quem

B ij fir

Esaia 1  
Blasphemia Buceris.

Luca 2  
Matth. 8

Malach. 1

Lapsus Bucer.

firmiter credunt, ante omnia charitatem habentes faciunt: nemo bonus illa mala dixerit, nisi summa impietate dicat bonum malum, & malum bonum.

Audite Lutherani iudicium vestrum à Bucero, quoniā etiam Cayphas prophetauit: & erit quicumque audierit, tinnient ambæ aures eius.

Bb. a  
Maxima  
Bucij in  
tolerabi-  
lis sibi, Lu-  
thero et  
omnibus  
eius pseu-  
doposto-  
lis.

**Q** Vicunq; nō spiritu Christi cupiditates carnis reprisunt, & veterem hominem cum ingenitis morbis ac vitijs crucifigunt, ij vt non habent spiritum Christi, ita Christi non sunt: & quamdiu in immunditia sua, ebrietate, libidine, lasciujs, superbia, rapinis, dolis, fraudibus perstant, &c. nullam partem habere possunt in regno dei. Ergo nullam habebitis partem vos Ludderani in cœlo, qui nihili ducitis hæc crimina, quia sola infidelitas damnat, & sola fides iustificat: interea perficitis desideria carnis, etiam qui vouistis perpetuam castitatē deo: carnem minime crucifigitis, sed nepotamini, inebriamini, quotidie nuptias celebratis sacerdotes, etiam cum viduis, etiam cum meretricibus: & in summa, omne illud sequimini, quod caro desiderat, & refugitis quæ carni molesta sunt & nobis in sacris litteris sunt commendata, s. frugalitatem, cōtinentiam, sobrietatem, ieiunia, vigilijs, orationes, sicut & abstinentiam à carnibus in quadragesima, in angaria & ferijs sextis, matutinas nocturno tēpore, horas canonicas, confessionē, &c. vt vita vestra magis conueniat scholę Epicuri, quàm Christi.

Christiani peccatores.

Inuehitur Butzer in corruptam vitam præsulorum ecclesiæ, episcoporum, cardinaliū, &c. Reuera quotquot corrupte viuunt, malefaciunt, etiam si sint principes vel ciues Lutherani: verum nostri feliciores, quod agnoscunt peccata, scientes quia fides sine operibus mortua est, cōfitentur peccata sua, & pœnitentiæ sacramentum & remedium in ecclesia recipiunt iuxta præceptum Christi & ecclesiæ obseruantiam: alij qui spretis sacramentis soli fidei fidunt, confundentur.



dentur. Sanctius esset deo adherere, cum summum bonū colere, præcepta eius & ecclesiæ seruire, quàm illis contemptis solam fidem in deum inaniter ac vane iactare, sine euangelicis operibus.

Vere quadrat in Luderanos suos, quod ait. Veram carnis castigationem ignorant: sicut fide viua carent, quia fides sine operibus mortua est. Nos autem catholici, confessionem & pœnitentiam in ecclesia dei habentes, in timore eius ambulamus, agnoscentes defectus nostros clamamus. Imperfectum nostrum viderunt oculi tui: cœremonijs vero non nihil erigimur ad dominum, & afficimur plurimum pro hoc statu miseræ, vbi mortali sumus alligati corpori & mundo sensibili. Id quod suus Grammaticus Melancthon aliquãdo fatebatur: impossibile esse religionem conseruari sine cœremonijs.

Bucerus cum intelligeret se nimis impudenter mentitū, catholicos ignorare castigationem carnis, retractat illud, & tribuit nobis ieiunia & abstinentias: at, inquit, fucatae sunt & nulla commoditate spiritus: at quàm inique hoc facis, prohibet Christus, nolite iudicare, & non iudicabimini, quod Beda post sanctos patres ad opera indifferētia adaptat: quanto minus iudicare debemus opera in genere bona: Deus scrutatur corda & renes, non Bucer aut Luther. At habet quod dicat, quia catholici castigantes corpus in ieiunijs, orationibus, vigilijs, & abstinentijs secundum doctrinam euangelicam, non habent fidem viuam, sed quis hoc reuelauit Bucero? nonne magis præsumendum est facientes opera euangelica habere viuam fidem, quàm ociosos Lutheranos bonis operibus vacuos? Et catholicos habere fidem viuam argumento S. Iacobi euincimus: ostendat nobis Lutheranus fidem suam sine operibus: nos autem catholici ex operibus ostendemus eis fidem nostram: nisi enim crederemus, opera à deo præcepta vel cōsulta, &

B iij quæ

Quales Lutherani.

Psal. 138

Melancthon.

B B. ij.  
Bucer temere iudicat opera nostra.

Beda.

Catholicorum fides viua.

quæ sancta mater ecclesia constituit, non faceremus: ideo à pijs eleemosynæ minime negliguntur, vt eis mendaciter imponit Bucer. Deus det vt viduæ, pupilli, ac pauperes non plus opprimantur à Lutheranis, quàm catholicis. Et toties nos catholici illa hæreticis diximus, nec pilo sunt meliores, sed obstinati in malo, sicut Pharao, indies fiunt deteriores: saltem Saluianū audiant, qui ante mille annos sic scripsit: Quæ ratio est, vt ipsi nos falsa opinione fallamus, vt bonum nomen nobis inter peccata opitulari possit, cum spiritus sanctus nec fidem quidem dicat Christianis sine operibus posse prodesse: atq; infra. Et tamen hunc ipsum fidei fructum, infructuosum apostolus sine operibus bonis testatur. Et ad longum lib. 4. prosequitur. Et eo antiquior consonat Theophylactus Alexandrinus lib. 1. Paschalis. Sermo, ratio, scientia, & fides absq; opere cassa sunt, & infra. Sic scientia absque opere, & opus sine fide, infirma sunt & caduca. Belle adfert bona monasteriorum & ecclesiarum esse pauperum: at viderit suos Lutheranos monasteria occupantes, quod nihil omnino perueniat ad pauperes: Imo pauperes eleemosyna quotidiana, quam habuerunt à monachis, modo spoliantur: rusticus dum vina, dū blanda pro censibus attulit, hospitaliter fuit cum iumentis susceptus à monachis. Iam nec Aue ei dicitur. Prælati facilliter subditis in tempore calamitoso subueniebant, vel partem reddituum remittendo, vel in annum expectando, aut egentibus mutuando. Iam nihil illorū fit, & pauperes tanto destituti sunt, monasterijs direptis per Lutherismum, præsidio: quæ omnia transit Bucer, & mendaciter iactat pietatem apud sectarios, quæ apud eos perditur. S. Bernardū adfert sermone 33. super Canticis. Mirū, qd qui alias virum sanctum & doctum exhibent, ac eius aspernantur auctoritatem, modo eum magni faciunt, dum inueniunt, qd culpet monachos. At is est mos hæreticorum, aliquoties sanctos

Bona monasteriorum diripiuntur

S. Bern.

sanctos (vellicatim saltem) legere patres, si quid inueniant, quod ad eorum insaniam faciat: Veluti hic de S. Bern. quem constat & abbatem & abbatum patrem, hunc statum prælatorum non improbasse, sed mores corruptos & abusus merito reprehendisse, quod omnes boni faciunt: vos autem Lutherani adulatorum à propheta improbaminus, qui abusus & corruptiones vestris principibus & vitiosos contra-ctus ciuibus indicare non audetis. Væ qui consuunt pul-tillos, ait Ezechiel, sub omni cubito manus, & faciunt cer- uicalia sub capite vniuersæ ætatis ad capiendas animas.

Ezec. 73

Si vellem exercere ingenium, quàm facile regererem ista verba Bern. in caput Buceri, & aptius quàm ipse torfit in prælatos: nam cum omnes hæretici iactent se amicos ecclesiæ & fidei, sunt tamen omnes inimici: domestici esse volunt et proximi, tamen quia quærunt omnes quæ sua sunt, nunquàm sunt pacifici: tot tumultus & turbas in ecclesia excitantes, & totam Germaniam pessundantes. Christi sunt, ita iactitant, & sponsa in Canticis eos appellat gregem sodalium: Sic Luther solebat ab initio singulis paginis præfigere, Iesus vel Christus, tam deuotus voluit videri impiissimus pharisæus: quia vt in Bernardo sequitur: Et seruiunt Antichristo. Honorati inceditis vos pseudapostoli & peruersi doctores, ex bonis domini, ecclesiarum scilicet & monasteriorum, quæ rapacissime deuoratis. Qui honorem domino non defertis, vt in eucharistia vel adoranda aut veneranda. Diabolus enim genua eis retinet inflexibilia, ne curuentur, & manus restringit, ne byrrha in honorem redemptoris nostri e capitibus leuent. Hinc nitor meretricius in Lutheranis prædicatoribus, dum lupis suis placere plus volunt, & mundo quàm deo. Et habitus eorum histrionicus, cum abiecto habitu clericali, more satellitio incedunt, sine superpelliceis, in byrrhis amplis, sicut præfecti bellorum aut vexilliferi. Inde aurum, nõ in frenis, sed in colle Hofandri:

In apostas-  
tas tor-  
quet uerba  
Bern.

Cant. 6

Lutherani  
præd. quæ-  
les.

nam

BUCERI EPICVRISMVS.

nam eximie catena aurea se exornat, dum ad populum aduersus Papam impia dogmata declamat. Altaria tamen sic non fulgent, cum omni ornatu ac splendore sint spoliata, vel apud Capharnaitas altaria sunt funditus diruta. Hinc perpetua sunt apud eos conuiuia, comestationes quotidianae, saltationes perpetuae, ut suis scortillis salacibus legitimis morem gerant, & adeo quidem desperate, ut nec sancto diei parasceues in magna & sancta septimana parcant. Proh hominum insolentiam plus quam Barbaricam. Quod nisi lectoris rationem haberem, non esset mihi operosum huiusmodi per Bucero & complices citata, commodissime & vere in eos retorquere. At ne molestior sim lectori, deinceps studebo breuitati, cum nihil adferat Bucero, quod prius non destruximus in tribus disputationibus supra memoratis in Homilijs nostris, de tempore, de sanctis, de sacramentis, & decalogo. In libris nostris de primatu S. Petri, de poenitentia & eius partibus, de sacrificio missae, de purgatorio, de non tollendis imaginibus, in confutatione disputationis Bernicæ. In Apologia contra Bucero, in Enchiridio & alijs scriptis nostris.

Bucero homo quietis impatiens, ut magnum ederet volumen, contra sanctorum implorationem excurrit nouus Vigilantius, ab ipso quoque Hieronymo improbatus. Verum haeresim iugulauimus in Homilia Augustae coram deo amabilissimo Imp. Carolo & ordinibus Imperij ac potentatum Oratoribus habita, & in Enchiridio ac disputationibus nostris, propterea hic transibimus. Calumnijs temere in vicarios Christi sparsis vehedimus, cum fidefractus ille apostata non sit dignus, cui respondeatur, hoc dumtaxat ei dicamus. Principi populi tui non maledices. Et illud: Qui autem superbierit nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat domino deo tuo, ex decreto iudicis moriatur homo ille. Mentitur enim apertissime episcopus

Epicurismus  
Lutheranorum.

ECKIANI  
libri.

Hierony.  
An. 1530.

Exod. 22

Deut. 17

episcopos potentiam contra ius & phas occupasse, cum Imperatorum, Regum, ac Principum (qui Christum in ministris suis honorarunt) munificentia, ac largissimis donationibus temporalia possideant. Nescit autem Bucerus iustum titulum esse possidendi donationem, de quo alias plura scripsimus, vt non opus sit omnibus iniurijs aduersus potestatem ecclesiasticam à Bucero hic impudenter effusis respondere.

Episcopi  
principes  
bb. 3.

Opponit episcopis, q̄ omnem reprehensionem & admonitionem odiant: mirum quomodo bestia illa audeat hoc mouere, cum nullus sit ordo viuentium, qui magis odiat reprehēdi, quàm hæretici. Ita sunt feroculi, vt omnibus dicant, noli me tangere. Verum episcopi non dedignantur reprehendi per charitatem, quia sic vera iustitia compassionem habet, ait B. Greg. falsa vero iustitia dedignationem: & tota Homilia in superbientem ac ferocientem Bucerum conuenit.

Gregor.

Quàm vere autem affirmat hic Caiaphas: Regno mendacij omne verum exitiosum est. Ideo non mirum, cum hæresis sit regina in regno mendacij, q̄ omnes hæretici veritatem nec audire possunt, nec sustinere: præsertim si quis illorum licentiosas atq; effrenas libidines corripuerit: ita omni vi conantur suis hæresibus religionem opprimere, ac impietatem communire.

Hæretici  
odiunt ue  
ritatem.

Simili mendacio asserit doctrinam euangelij à catholicis obscuratam, quæ tamen per hæreticos falsatur, corrumpitur & laceratur. Quod de recentibus dijs meminit, argumentum istud impius Porphyrius Christianis de Christo obiecit: nihil ad catholicos pertinet, qui Christum ab æterno dei filium, ex tempore hominem incarnatum, deum colunt, & sanctos non deos, sed dei amicos venerantur, sed alibi illa.

Falsum assumit euangelium siluisse, quia in omnem terram

bb. 4.

C ram

ERASMVS DESTROYT

**Pfal. 18** ram exiuit & exhibit sonus euangelicus, ac omni tempore:  
**Luca. 14** dominus mittit seruos suos vocare inuitatos ad cenā. Hæreticis vero ducibus, loco pietatis omnis subiit impietas, nequitia, & quoduis iniustitiæ genus.

**Erasmus productus à Bucero.** Erasmus à domino productum adfert, cū ecclesiæ oppressæ subuenire vellet. At agedum, Erasmus appellasti, eius suscipe sententiam, q̄ teneris facere, quod eum ex deo scripsisse testaris. Scripsit autē luculenter contra sectas, quas improbat tam in doctrina, q̄ in moribus, in epistola ad Vulturium, & alias sæpe, & adhuc absolutius in Apologetico contra Argentorateñ, in quo nominatim etiam Bucero perstringit: quod etsi totam Apologiam cauillis, iniurijs, & mendacijs Buceri sigillatim possem opponere, adeo non consentit sectis, volo tñ pauca eius verba ab initio referre,

**Erasmus cōtra Lutheritas.** vt pigeat & pudeat Bucere meminisse Erasmi. Primo enim dehortatur fratres Germaniæ inferioris à doctrina sectæ vestræ, ne quis eos dimoueat ab ecclesiæ catholicæ consortio, ne circūferant omni v̄to doctrinæ, neq; cito trāsferātur ab euāgelio, q̄d à Christi sp̄sa traditū hactenus seruauerūt.

**In Ecclesia manere.** Exhortatur porro eos, cōfistite, inq̄t, firmi in lapide Christo, cōtinete vos in arca, ne pereatis diluuiō: manete in nauicula Christi, ne vos fluctus absorbeāt: perseuerate in ouili ecclesiæ, ne fiatis p̄da lupis & satanæ. Saltē expectate religiosissimi Cæsaris ac principū ac reliquicōsiliū decretū (Agebatur tūc Augustæ, Anno 1530. cōuentus Imperij:) Ex vna secta cōplures indies nascuntur: certe prius finite, vt inter illos conueniat, quàm vosmetipsos huic aut illi addicatis.

**Dogmata Lutherenum.** Et ne euadat Bucerus, Erasmus noluisse improbare dogmata illorum: at vide quæ recenseat, an non sint ex catalogo perfidiæ vestræ. Ait enim: Blanda dicta sunt ista. Nullus obligatur ad confitendum sacerdoti: pontificum præscriptiones de ieiunijs ac delectu ciborum reiiciendæ sunt. Nō est cur quisq; se maceret operibus satisfactorijs. Christus de pen

dependit abunde pro nobis, nec ad salutem refert bona an  
 mala sint opera nostra. Tantum crede illum pro te redimē  
 do mortuum, & saluus eris, qualiacunq; sint opera tua. In  
 eucharistia non est nisi vinum & panis. Pontificum & epis  
 scoporum sanctiones non obligant quenq;. Votavt suscipi  
 enda non sunt, ita rescindenda sunt, quæ susceperis. Ius cō  
 trahendi matrimonium nullius autoritate potest cuiq; in  
 terdici. Subdit: Hæc & similia prima specie blandiuntur au  
 ribus, sed etiam atq; etiam videndum est, ne poculum mel  
 le prælitū, habeat aconitū dissimulatū. Agnoscis ne Bucere  
 impia dogmata sectę tuę ab Erasmo improbata? quę tu dis  
 cis, dñm ecclesię misertum primū in medium produxisse.  
 Subdit Erasmus se ecclesiasticis Argētorati (e quorum numero  
 tunc erat Bucer) non dedisse causam, vt verbo eum asperge  
 rēt, nisi forte contumeliā atrocē interpretentur, si qs nolit ab  
 ecclesia catholica recedere, & ipsorū euāgelio nomen dare.  
 Vides Erasum nolle euāgelium vestrę, sed ecclesię catholicę  
 meminisse ibi epistolę à ministris ecclesię Argentorati scri  
 ptę, in qua erat immodica loquacitas, summi plurimi, conui  
 cia non pauca. Subdit: Vtinā in animis oīm esset millesima  
 pars eius sanctimonię, quā libellus multis locis præ se fert.  
 Habes ne Bucere iudicium Eras. de scriptis vestris? an non  
 vestris vos depinxit coloribus? quid, n. aliud habet tuus as  
 ctorū liber, & præsens farrago, q̄ quæ Eras. vobis tribuit?

Eras. non  
 Lutter.

Recenset postea dolos vestros & malas artes, quibus im  
 ponitis simplicibus, nā Zuinglius cōmentarios totius pers  
 fidię suę dicauerat regi Gallię, & in ficto noīe Felini Psal  
 mos liminari epistola primogenito regis Galloꝝ Delphis  
 no dedicasti: hunc in suspicionē vocans, ac si faueret impies  
 tati tuę. At quātum fauerit, testatur Bercquin nobilis alios  
 qui vir & locuples cum innumeris alijs ob hæreses à rege  
 Francorū cōbustis. Testatur Caluini, Lāberti, Fauarelli so  
 ciorū tuorum & aliorum Gallorum fuga, qui flāmas ignis

C ij debis

LV THERANI FICTIS

debitas euaserunt. Mihi persuadeo, Bucerꝝ in hac farragine  
 ne vsum hoc dolo, & prius, q̄ illustri D. Ludouico à Prato  
 inscripsit hunc libellum non alia ratione, quā cū sciat eum  
 vere catholicū, atq; ab heresibus Buceranis p̄cinitus abhor  
 rentem, hac arte corā simplicibus voluit eū in suspicionem  
 vocare, tanq̄ suarꝝ impietatum fautorem ac defensorē. At  
 D. Op. M. tantum vix ac Cæsareꝝ Maiestati acceptissimū,  
 suæ catholicæ conseruauit ecclesiæ. Hoc dolo toties impos  
 uistis hominibus, cum tu Felini nomē vsurpaueris, Rieger  
 Veleni, Leo Iud, Ludouici Leopoldi nomen: taceo de alijs  
 iniquis fictionibus. Quā te Bucerꝝ Luther & Pomeranus  
 falsariū accusarunt: tot libelli famosi editi sunt fictis nomi  
 nibus, in q̄bus Eckius monachus, coctus, dedolatus &c. De  
 cent ne hæc virū honestum & probum, taceo Christianū?  
 Meminit Erasmus quoq; hæc maliciā in Apologetico con  
 tra Bucerum & Argentoratū. Sic prodierunt Karsthans,  
 schuster, vveber, fritz, schaubhut, der turn & innumeri Dia  
 logi infames. Pergit Erasmus de ministris ecclesiæ Argen  
 torati. Vix interim temperabam à risu, quoties sese Chri  
 sto & apostolis, Martyribusq; comparant, quod faciunt  
 subinde. Hoc sibi sumunt pro confesso, q̄ docēt Christum  
 pure, q̄ orbi syncere tradant euangelij veritatē. Vbiq; præ  
 dicant sacras literas, quasi apud nos nec Christus sit, nec  
 euangelium, nec sacræ literæ: postquā & à summo ponti  
 fice, & à Cæsare, & à Theologorū scholis, deniq; maximo  
 totius orbis consensu damnati sint hæreseos &c. Ipsi Arria  
 nos habent pro hæreticis. Quo freti, nisi iudicio p̄sulum &  
 orbis consensu? At Arriani pernegabant sese hæreticos, sed  
 asseuerabant scripturam à cæteris p̄peram intelligi: quid ad  
 hæc dicis Bucere? an adhuc deus misertus ecclesiæ excitauit  
 spiritū Erasmi, vt hæreses vestras detegeret? Propius morē  
 tuū tangit, cū ait: In vitā pontificū, cardinalium, episcopoz  
 rū, mire disertisunt, de quibus ita loquūtur, quasi inter eos  
 nullus



nullus sit non sceleratissimæ ac deploratissimæ vitæ, quum  
 arbitrer inter illos esse longe plures, qui Christo in synceri  
 tate spūs seruiunt, q̄ inter illos. Mirificis præstigijs exagge  
 rant, quā sobrie, quā caste, quā innocenter viuatur sub euā  
 gelio, quæ maiori fide alieno ore prædicarētur. Quid Argē  
 torati fiat, nescio, alicubi scio nusquā fuisse maiorē luxum,  
 plus adulteriorū, quā inter euangelicos (sic enim appellari  
 gaudent) nec hoc ipsum negāt euangelici. Scribit inter alia  
 Erasmus: Senatus Basiliēn. vnum ex euangelij columnis  
 iusserunt ire in exilium, quem satellites narrabant se nocte  
 parasceues deprehēdisse non adorantem crucem, quod isti  
 nephas esse ducunt, sed in Paphiæ deæ mysterijs operantē.  
 Nonne Lutherus coactus est visitatores mittere, qui popu  
 lum in omnem licentiam ruentē cohiberent? Nonne idem  
 dixit, se malle pristinum Papæ ac monachorum regnū, quā  
 hoc hominum genus sub euangelij prætextu in Sogdiano  
 rum vitam sese proripientiū? Nonne idem ad me (ait Eras.)  
 suis literis deplorauit Melāchthon? Nonne idem in collo  
 quio fassus est Oecolampadius? Quin & ipsi non semel in  
 hoc libro deplorāt plurimos esse perditissime viuētes sub  
 euangelij titulo. Audis Bucere quales sint sanctuli tui, totis  
 es etiam in præsentī farragine abs te falso laudati? Sequitur  
 in Erasmo. Tantum hoc queror, quod nihil illis placet in  
 hoc ecclesiæ statu: quodq; quum tam multa submoueant,  
 nihil succedat melius. Et loquēs de Basilea inquit, Etiam cū  
 agerem illic, tum dictis tum scriptis haud obscure præ me  
 tuli, me dissentire ab istorum dogmatibus. Et infra: Plane  
 me spes ac metus deterrēt ab istorum sodalitiō: metuo ge  
 hennā, si reclamante cōscientia profitear, q̄d reor impium  
 esse, spero dominū meis peccatis citius propitium futurum,  
 q̄ ab ip̄s sūs sponsa non defecerim vtcunq; laceffitus. Gratu  
 lentur illi sibi, quantū velint: ego non alio noīe mihi magis  
 gratulor, q̄ quod nulli sectæ, nec assensus sim, nec nomen

Erasmus  
 de malicia  
 Lutheris  
 farum.

C iij dede

VANA LAUS LUTHERI.

dederim, nec videor mihi daturus vnq̄ fauente Christo. Et infra: Etsi tantopere periclitatur, q̄d mihi nō placeat populus euāgelicus, ante complures annos hoc ingenue professus sum editis libris. Hæc & plura alia maiora Erasmus illic scripsit contra sectas & hæreses.

Habes ergo Bucere, habetis omnes Neochristiani, quid Erasmus homo, quem deus produxit ad oppressæ ecclesiæ subueniendum, quid de vobis, de doctrina vestra, moribus & fide sentiat: Vt plane ab arte tua excideris, qui hoc dolo à viro illo eruditissimo incepisti, vt cum scias eum magnum nomen eruditionis apud omnes nationes Christianitatis consecutum, simplices existimarent eum à parte vestra stare, qua vafricie & astu etiam Pellicanus vsus initio disputationis Baden. vt cum Capharnaitam faceret & Berengariani erroris assertorem, adeo vt edita epistola se purgaret Erasmus coram duodecim Contonum oratoribus, falso & mendaciter hanc hæresim sibi à Zuinglianis obtrusam. Sic lib. 4. de pœnitentia asserui Erasmus & defendi ab hæresi, quam impingebant ei sectarij de confessione.

Delus Pellicani.

Luther laudatus falso.

Adfert iam patriarcham hæreticorū Lutherum, quem tot laudibus effert, vt nihil ei non tribuat. Possem Bucere proprijs telis confodere & complicum: nam sicut paucula adduxi ex Erasmi vnico libello contra Bucerum, sic multo plura possem ex Bucero, Zuinglio, Oecolampadio euocare contra Lutherum. At quia damnatorum autorum damnati sunt libri, incendio aptiores omittamus. Solum vt suæ farinae hominibus ostendam pseudapostolorum inconstantiam, remitto eos ad libellos sequentes. Oecolampadius contra Billicanem de cœna domini, Antifigrama ad Suenos, super eodem ad Urbanum & Pillicanem, Brentius de eodem, Zuinglius ad Alberum, Capito de diffidio Lutheri & Carlstadij, Zuinglius in exegesi contra Lutherum, Bucer contra Brentium, Oecolampadius contra Lutherum de

Zuingliani contra Lutherum.

de eucharistia, Zuinglius ad Hofandrū, Zuinglius in subsidio de eucharistia. Idem ad Urbanum & Pillicanem, Luther de eucharistia contra Oecolampadium, Bugenhagius de eucharistia: Et quæ egit contra Bucer, quem accusat falsarium, q̄ Anno dñi 1526. verterit commentarios illius in Psalmos. Illa enim sunt mihi reseruāda vsq; quo & hūc maximum dolum Buceri patefaciam, qui circuit mare & aridam, sursum deorsumq; cucurrit, vt simulatam quandā & fictam attentaret concordiam inter Zuinglianos Sacramentarios & Ludderanos, quā nec illustrissimus Cattorū princeps potioribus vtriusq; partis vocatis potuit conficere: sicut non credo inter eos factam concordiam ex aīo vsq; in hanc diem, sed solum ore ac verborū sophismatibus & miris inuolucris fingunt se vnus esse sententiæ, cū maxime discordent. Hos enim dolos antiquus serpens Buceo ro inspirat, apto proditionis organo.

Ecce iactata hæreticorum constantia.

Orditur autē à Luthero, qui nihil ab initio, nisi in prædicandis veniis impudentiā redarguebat. At quomodo non pudefit Bucer mentiēdo, Lutherum nihil redarguisse nisi venias? Cur ergo tot obelis iugulauit eius primas conclusiones, in quibus tot hæreses sparserat? Cur oīm studiorum doctores in eum surrexerunt, qui ob solas indulgētias, nō tam multi, tam vehementer se Luthero obieciſſent? At in gratiam catholici lectoris, vt videat Lutherū ab initio plenum fuisse hæresibus & nunq̄ fuisse bonū, vt ei non possit prodesse Butzi excusatio, saltem aliqua illius errata ex primis suis conclusionibus adferamus.

bb. 4

Initia Lutheri.

Errores primi Lutheri.

1. Verbum Christi, pœnitentiam agite &c. non potest de sacramentali pœnitentia intelligi.
2. Papa non potest remittere vllam culpam, nisi declarando & approbando illam remissam à deo.
3. Zizania illa de mutāda pœna canonica in pœnā purgatorij videtur dormientibus episcopis seminata.

4. Moris

LUTHER AB INITIO

4. Morituri per mortem omnia soluunt.
5. Imperfecta charitas morituri necessario secum fert magnum timorem, qui satis est se solo facere pœnam purgatorij.
6. In purgatorio est prope desperatio: in expositione dicit q̄ fit desperatio.
7. Animabus in purgatorio sicut minuitur horror, ita augetur charitas.
8. Non est probatū vllis rationibus aut scripturis, quod sint extra statum merendi.  
In declaratione dicit eas sine intermissione peccare.
9. Nec animæ in purgatorio sunt certę de sua beatitudine & securæ.
10. Papa per remissionem plenariam pœnarum intelligit à seipso tantummodo impositarum.
11. Papa animabus in purgatorio nullam remittit pœnam, quā in hac vita debuissent soluere secū dū canones.
12. Qualem potestatem habet Papa in purgatorium generaliter, talem habet quilibet episcopus & curatus in sua diocœsi & parochia specialiter.
13. Quilibet Christianus vere compunctus habet remissionem plenariam à pœna & culpa.
14. Thesauri ecclesiæ, vnde Papa dat indulgentias, non sunt merita Christi, & sanctorum.

Luther iā  
negat pur  
gatoriū.

Responde  
Bucer,

Hic clare liquet Lutherum non solū in venijs, sed multis alijs defecisse, Anno domini 1517, potissimum de pœnitentia, de statu merendi, de purgatorio: licet dum quotidie in peius proficeret, in hanc tandem venit dementiam, vt omnino negaret purgatorium cum Pighardis, quos toties ob id vocauerat hæreticos, Anno gratiæ 1530, sicut eius erroribus tūc mox respondi. Quid tu facis Bucere, magister tuus iactauit in disputatione Lipsica, Anno dñi 1519, se scire esse purgatoriū, et quod certus esset de purgatorio: cur vos modo

modo negatis purgatorium, aut mentitus est magister vester, qui in resolutione concl. 15. de indulgentijs asseruit, certissimo sibi constare purgatorium esse.

Conqueritur Bucer, Lutherum iam suum à Papa inauditum condemnatum esse, excommunicatum & satanæ traditum. Dico vt res acta est: primo Luther citatus fuit, sed cōtumaciter venire neglexit, & in cēsuras incidit. Contumacia autē eius nō obstante, auditus fuit à sedis apost. legato Thoma de Vio Caietano. Ita enim cupiebat & rogabat fieri Fridericus elector Saxo. Luthero vero non comparente, commisit Papa reuideri libros suos, vnde plures articuli per viros doctos fuerunt extracti, & foliatim optimo pontifici Leoni X. ostensi. Post plures ergo commissiones factas, & examina per trimestre diligentissime habita, pontifex certos articulos quadraginta condemnauit & Lutherum citauit denuo, dato 60. dierum termino, quibus elapsis Luthero perseuerante, obstinato ac inobediente animo, etiam ipse pro hæretico condemnatus est. Ex quibus iam liquet, querelam Buceri iniuste motam: nam dicit ipsum condemnatum inauditum, cum ipse ad audientiam citatus venire contumaciter contempserit. Et potesne dicere inauditum fuisse Lutherum, cuius tot tunc extabant libri resolutionum, in quibus mentem suam, intentionem, ac sententiam non semel toti mundo declarauerat? Porro falsum dicit Bucere, eum fuisse condemnatum & satanæ traditum: quia non ipse, sed dogmata eius erronea fuerunt condemnata iuxta veterum Cōciliorum morem. Nam sic aliud est doctrinam damnare, & aliud personam. Post vero doctrinæ condemnationem, euocato Luthero & 60. diebus expectato, quia contumaciter se absentauit, quid aliud faceret pontifex, quàm quod membrum putridum à corpore ecclesiæ præcideret, & satanæ traderet? sicut Paulus apostolus Corinthium, Hymenæum, Alexādrum, id quod

D      Apосто

Luther iu  
ste à Papa  
damnatus

REVOCANT LUTHERANI

Fol. 9

apostoli & apostolici viri vsq; ad nos cōstāter obseruarūt. Pergit Bucer. Vulgo homines edocti erant, vt plus fide rent externis sacramentorum actionibus, quā vt vera fide beneficium Christi in illis agnosceretur. E. Mera est calumnia contra ecclesiam catholicam, in qua semper docuerunt sacramenta operari assistente virtute diuina, & omnem efficiam sacramenta haberent à merito passionis & mortis domini nostri Iesu Christi.

Subdit Bucer, quia fides solida non possit esse sine bonorum operum studio, ideo Luther pertractus sit ad locum explicandum, quid regenito faciendum, & quibus actionibus incumbēdum. E. At dissidet hic glossa à textu, quod tanto mendacio fucum prætexit hæresi Lutheristica, quia fides non possit esse sine bonorum operum studio: vbi hoc vnquam post damnationem suam docuit vel scripsit Luther? Cum in eam venerit insaniam, tam infensus bonis operibus, vt apostatico spiritu sancti Iacobi apostoli epistolam reijceret ac damnaret, velut rex Angliæ fortiter eum cōuicit. Quod cum adeo horrēdum esset Christianis auribus, vt nulla egeret confutatione, iam plus decennio (postquam Anabaptistæ vobis honestiores, opera magnificentarent) non fuisistis ausi eandem impietatem euomere, sed tu cum Melanchthone tuo ad nouas confugitis glossas, quas nec vos, nec principes vestri, neq; symmistæ, taceo de rudi plebe, vnquam intellexistis vel intelligetis: neque est possibile, vt vitetis contradictionem, q̄ sola fides iustificet, & iam etiam aliquem locum datis operibus. Itaque cum sola fides meretur, non sola iustificat, non sola etiam præmiabit, quum sicut Pelagius infelix dictus est hostis gratiæ à patribus: sic iure Luter dictus est hostis bonorum operum, adeo illa reiecit, contempnit, & non solum inutilia, sed etiam damnosa, aduersus totam sacram scripturam asseruit, sicut coram Augustissimo nostro Cæsare has propositiones

Responde  
Bucer si  
potes, ga  
bene dice  
re non po  
tes.

sitiones eius in Comitij Augustæ refutandas suscepimus. Deus non curat opera nostra. Aut si aliquid sunt coram deo, omnia sunt æqualia quo ad meritum. Sumus, fuimus, manemus coram deo æquales semper. Ante omnia opera oportet præcepta esse impleta. Mala opera non faciunt malum virum. Et alibi Luther, fides & opera extreme sibi aduersantur, ideo non possunt doceri opera sine læsione fidei. Fides & opera in negotio iustificationis extreme aduersantur, adeo quod doctrina operum necessario sit diabolica doctrina, et discessio à fide. Quanto maior peccator es, tanto citius deus infundit tibi gratiam: cum autem te exornas bonis operibus sicut catus, nihil expedis. Pomeranus tuus inquit duo sunt viri, qui nunquam possunt concordari, fides & opera. Zuinglius olim Buceri frater dixit. Soli infideles sunt mali, quia non egemus bonorum operum erga deum, sed solum erga homines. Didicit hoc ex Luthero. Deus ita ordinauit, vt nullum sit peccatum nisi incredulitas, & nulla iustitia nisi fides. Es oblitus Bucere, quod Bernæ magna impietate dixisti. Si quis in Christum crediderit, nullum opus sit ita malum, qd possit eum damnare vel accusare: quia vbi fuerit fides, peccatum nihil nocet, vbi resuscitasti antiquas hæreses Eunomij & Aerij. Expende nunc catholice lector, quantum hæc dissideant ab eo, quod Bucer hic affirmat, non posse esse solidam fidem sine operibus: & quanto cum scandalo plebem à Christianis operibus abduxerint: Vt recte in eos conueniat, quod Saluianus Massiliens. dixit: Alij Christiani bona discunt, & mala faciunt: hi autem (Lutherani) mala & docent & faciunt. Improbat Bucer constitutiones & traditiones humanas, verum nos illas ab iniuria vindicauimus in Homilijs nostris, et Decalogo, ac Enchiridio, & quas dñs in euangelio reijcit pharisæorum traditiones, à traditionibus ecclesiæ & patrum sunt alienæ.

Responde  
Bucer si  
probus  
es.  
Hæresis  
contra bona  
opera.

Impietas  
magna  
Buceri.

D ij Existis

ARTICVLI ADHVC CONTROVERSI

Præcipu-  
os articu-  
los omit-  
tit Bucer.

Existimat Bucerus his locis enumeratis uniuersam controuerſiam à xx. annis agitatom contineri. At cur obli- tus est articuli præcipui de ueritate corporis Chriſti, quem tot annis mordicus tractarunt Zuingliani cum Thuricen- ſibus, Baſilienſibus, Bernatibus, & Argentorateñ. aduerſus Lutherum & omnes ei adhærètes? Nec hodie ab hac impi- etate reſceſſerunt, vt Vadianus peſtiferis ſuis aphoriſmis cõ- tra eucharistiã teſtis est, & lingua tua Bucere in melle est, ſed timeo cor eſſe in felle: Ita difficile corriguntur in hære- ſim prolapſi, ſicut tu præfocatus fuiſti in hæreſi Zuinglias- na. Vbi de pœnitentia, & confeſſione meministi, vbi de ſac- cræ miſſæ ſacrificio, de eucharistiæ adoratione, vbi de ordi- nibus, de purgatorio cum ſimilibus. Existimat autem ſyco- phãta nos technas & dolos eius nõ ſentire, quia & in Apo- logia & in hac farragine, vt ex principio patuit, contendit maiorem partem articulorum eſſe concordatam: ideo con- trahit articulos, vt mēdaciũ ſuum huiusmodi dolis poſ- ſit coram imperitis facere veriſimile, ſed fruſtra, vt ex con- futatione actõꝝ ſuorũ in Apologia noſtra liquido mon- ſtrauimus, & ſupra meminimus.

Fol. 10

Lutherani  
irreligio-  
ſe tradunt  
Chriſtia-  
na.

Assumit verſipellis, alia dogmata non fuiſſe controuersa de myſterio trinitatis, de uerbi incarnatione, de rerum creatione, de angelorum natura & lapſu, & friuolæ diſpu- tationes ſcholarum obſoluerunt, quando religioſius tra- di coepta ſunt, quæ ſcripturæ tradunt. Semper genuinum inſigit apoſtata. At ego cum ueritate & DEO teſte dico, nunquam impurius & maiori blaſphemia tradita in ſcri- pturis tractata fuiſſe, quàm à Lutheranis. Tantum abeſt, vt non religioſius tractauerint. De operibus modo dixi- mus, eucharistiã, baptiſmum & omnia ſacramenta in- tueamur, & experiemur veriſſimũ. Porro de locis per eum citatis mirum eſt apud omnes Luthericos ſilentium: adeo nihil omnino intelligunt de myſterijs trinitatis, incarnati- onis,



onis, conditionis angelorum &c. & volūt esse summi Theologi, sed eorum pseudoprædicatores, detractores, insignes potius Momi, Zoili, locos quosdam paratos habent ad inuehendum contra episcopos, sacerdotes, monachos, sacras virgines, vota, sanctę matris ecclesię constitutiones, ritus & cæremonias. In illis tota consistit eorum Theologia, contenti fidem omnibus prætulisse. Cæterum de alijs Theologicis rebus, quarum meminit, nouerunt prorsus nihil. Et tanta feruntur temeritate, vt nec principibus catholicis parcant, nec augustali capiti Cæsari, nec sanctis quidem in cælo. Tam religiose cœperunt tradere Lutherani mysteria in scripturis contenta.

Hippenbu  
ben.Parua Lu  
theranorū  
doctrina.

At risum contine lector catholice ad ea, quę subdit Bucerus Excitatos à deo alios subsidiarios, qui se discipulos agnoscunt Lutheri, vt eum defenderent in salutis doctrina, cuius reuelatione eos dignatus sit Christus. Vt quid profundit hæc monstra Bucerus, cum tota Germania contrarium nouerit: Nam subsidiarios illos excucullatos nõ nos & nonnas, periuros sacerdotes, & fidefragos non excitauit deus, sed Asmodeus impuritatis ac immundicie amator, ac castitatis & continentię osor. Facile tanti sceleris magistrum Lutherum secuti estis, qui cascus cascam duxit, monachus abbatissam, & vos fracta fide deo data, relictis monasterijs, abiecto religioso habitu, vt salacitati vestrę & concupiscentijs carnis satisfaceretis, ad perpetua meretricia sub matrimonij specie vos deuinxistis: vt & gentilium vestales ac sacerdotes, Turcarum Omeri, Abobeker, & Maderi continentius uiuant, quàm hoc beluinum pecus, sues Epicuri exititorum: quum nulla mulier impudicitior reperiatur moniali apostata. Tam cito frontem meretricis assumunt, & nolunt erubescere, sed turpiter pollui & prostitui. Et super hæc omnia Bucerus ait illos reuelatione dei accepisse hanc doctrinam, quam tam cupide

Quales dī  
scipuli Lu  
therani.In excu  
cullatos.

IMPUGNANTES LV THERISMVM

amplexi sunt titillatione carnis, pruriente inguine, veteri exagitante eos Adam, vt Saluianus, si viueret, eis diceret. Quomodo Luther bonus magister est, cuius tam malos videmus discipulos: Nolo obijcere, cum hic Lutherū magistrum faciat illorum, cur tot annis in negotio eucharistiae illius repugnarunt sententiae, filij desertores, filij durae facie & indomabili corde: at properamus ad alia.

Impugnatores Lutheranos:

Secta Epicureorum.

De ciuitate dei li. 2. cap. 26

Fol. 11

Veritatem tamen fatetur Bucerus, catholicis fidem omnem accommodatam, velut veteris ac probatae religionis adsertoribus. At Lutheranos insectari ac execrari tanquam nouarum & damnatarum haeresum inuentores & propugnatores: Varia igitur facit genera eorum qui impugnarunt Lutherismum. At in scholis obijcerem, diuisionem illam non continere omnia membra sub diuiso contenta, quoniam Parabaptistae sub nullo istorum membrorum continentur, cum quibus tamen Vatiniano odio dissident, vt Baldasar, caput illius haeresis Vuollenburgo Thuriceñ. probauit. Porro pro membro ponit Epicureos, turpivita libidinosos. Hi ventricolae, subantes sues, olidi hirci, obscenae nonnae, Lutherismum non impugnant, sed amplectuntur per omnem impudicitiam: gaudentes quod patrocinium adepti sunt propudia turpitudinis suae ac libidinis, vt impune in castris Veneris militare possint & omni immundicia se conspurcare & polluere & ex monasterijs prostibula facere. Ideo si vere dixit Augustinus, tantam esse vim honestatis, vt pene omnis natura humana eius laude moueatur, nec vsq; adeo viciosa, vt totum amittat sensum honestatis: consecrarium est nonnos & nonnas Lutherismi, omnem honestatem repudiantes, ipsam quoque humanitatem exuisse.

Quod deformatissimus ipse Sycophanta Bucerus promittit viciatas reformare velle & emendare ecclesias. Vestus est verbum, stultus est qui à claudio vult discere rectum incessantem

incessum: nam quæ adfert, quod deo gloriam dari negligimus, & bona pro malis impugnemus, recte in caput suum regeruntur, cum Lutherani sint huiusmodi, qui dicunt bonum, malum, vt vota, ieiunia, virginitatem &c. & malum dicunt bonum, inobedientiam prælatorum, quod non orant, non confitentur, & nihil prorsus boni faciunt. Hoc tantum est bonum apud eos, spoliare ecclesias auro & argento, gemmis, calicibus, monstrantijs, redditibus ac omni ornatu: huiusmodi sacrilegia docent, faciunt, & defendunt Lutherani. Vnde vere ait Ioan. Picus: Nulli delirant deliratus, quam qui delirio præferunt multum serium. Denuo prophetat Caiaphas, aliquos aduersari Lutheranis, quos partim mouet vniuersæ ecclesiæ autoritas & maiorum reuerentia, denique innatus bonis & modestis ingenijs amor receptorum, præsertim de religione: partim offendit tantarum apud nos rerum intrepida nouatio. Deinde etiam orationis, qua plerique nostrum vtuntur, insolentia, vt ipsi iudicant, & acerbitas. Quis autem est tam insipiens, qui neget illos recte aduersari Lutheranis & rationabiliter?

Subdolanus Sinon promittit se nihil aliud quærere, quam regnum dei, eo tendere eorum consilia, vt illud erigatur. Quam vere dixit Augustinus, hæreticorum ecclesia sub nomine Christiano agnum præfert, & draconis venena latenter infundit: quis hoc credat? cum omnis eorum labor eo tendat, vt destructo regno Christi, euersis altaribus, fractis CHRISTI & sanctorum imaginibus, spoliatis ecclesijs, cessantibus missarum solennijs, ac diuinis officijs, silentibus choris, euacuatis monasterijs, regnum diaboli potenter augeatur & triumphet. Nihil interea in ecclesijs suis & speluncis retinent, nisi ebriosum cœnæ dominicæ (ita vocant) conuiuium, clamorosos & omnibus iniuriosos prædicatores, vlulantes lupos, & pro omnibus diuinis

Luthera-  
norum sacrilegia.

Cur boni  
aduersantur Luthero.

Luth. au-  
gent regnum diaboli.

Quid in  
sacris Lutherano-  
rum

LVDDERI CONATVS CARNALIS

- Reinlei  
der. diuinis officijs sufficit eis sicca missa, & quod viri ac mulieres (quas iussit tacere Paulus in ecclesia) promiscue cantilant carmina incocta & Psalmos in rythmos in fine pueriliter cōcinnātes redactos, mutatis etiā vel ablati multis verbis ad Psalmos pertinentibus, ait Erasmus: hanc lasciuiam & dissolutionem cantus hæreditauerunt.
- Fol. 12 Testimonium perhibet Luthero, nihil eum esse molitum, quā vt fiducia salutis in sola Christi satisfactione nitatur. Tum his incumbendum officijs, quæ DEVS iniunxerit. Quā vere dixit Saluianus: Maxima accusatrix hominum noxiorum est vsurpatrix innocentiae arrogantiæ. Arbitraturne Bucer nos omnes esse stipites, qui nihil videamus, nihil intelligamus, cum omnes nouerimus, quā anxie quæsiuerit schismata, ac Germaniæ lapsum ab vniuersali & catholica ecclesia? Omnes hæreticorum incineratos errores quæsiuit, & lacunas ac cloacas aperuit & in mundum reuexit, qui antea cœlibem vitam debebat ducere, nonnam quæsiuit fidefrago thoro & inuenit. Qui prius horas canonicas quotidie orabat, surgebat ad matutinas, regularia seruabat ieiunia, & honeste conuersabatur in ecclesia DEI: modo illis omnibus cōtemptis ac reiectis, quotidie in gratiam nonnæ conuiuia apparantur, bibitur, saltatur, cantatur, cachinnis, amplexibus, obscœnis fabulis, media nox absimitur, vt Saluianus Massiliens. vix obscœniora de Aphris scripserit & Carthagineñ. Hoc est quod quæsiuit Luther & inuenit, cum in monasterio suo antea circa xxx. religiosæ personæ, ac diuina officia secundū fundatorum vltimas volūtates diligēter fierent: hoc quæsiuit Ludderus, vt cū sua nonna monasteriū solus haberet cū omnibus redditibus, & obtinuit, nulla amplius habita fundatorum memoria. Vide Bucere, quā diuersa sint illa, quæ inuenit Ludder, ab his, quæ tu nobis proponis, quæ licet scias esse falsissima, & nunquā à Luthero vel abs te intenta, adhuc.
- Via anti-  
qua & no-  
ua Luthere-  
ri.
- Li. 7
- Monaste-  
rium ab-  
sumpsit  
Luther.

adhuc illa adfers, vt simplicibus imponas, adeo totum euāgelium vestrum est in apertis mendacijs.

Et quomodo tam perfrictæ es frontis, vt non pudeat te mentiri, quod inquis eum venerari veterem ecclesiam, cum antiquissima contemnat Concilia, patres sanctos, qui ante M. annos, imo ante mille & ducentos annos in magna sanctitate vixerunt. Pacificū laudas, qui est seditiosissimus, vt ex literis suis liquet ad rusticos seruili bello tumultuantes, qui à discipulis Lutheri prætextu libertatis euangelicæ ad seditionem excitati contra principes, episcopos & nobiles, cæsis plus quàm centum milibus, poenas Lutherismi tulere. Hi sunt fructus vestri noui euangelij. Non felicius bel- larunt Zuingliani in Heluetijs, tot milibus à fortissimis catholicis Suiceroꝝ Contonibus trucidatis. Et quàm amans sit pacis & tranquillitatis Luther tuus, satis sanguinarius eius animus declarauit, cum rusticos sua doctrina tumultu antes iussit occidi, mactari, confodi, datis propterea indulgentijs his, qui ea facerent. Non legisti Bucere, qui omnia scripta magistri tui deuorasti, q̄ Germanos hortatur, vt lauent manus in sanguine Romanorum: Hæc est pax Lutherana & innocuus animus.

Maiori impudentia mentiris eum strenuum adsertorē obedientiæ & reuerentiæ erga reges & principes, quasi non scripserit de memorato seruili rusticoꝝ bello: Si præualēt rustici, tunc diabolus est abbas: si principes, tunc mater sua est abbatissa. Hæc est reuerentia, quam exhibet Cæsari innocentiſſimo, dicens eum manifestis agere mēdacijs, & appellat eum tarmorum saccum. Scripsit nullum esse pulchrius ius seculare, q̄ apud Turcam. Reuerens est erga regem Franciæ, quem propter sanguinem impie effusum dicit ornatum titulo Christianissimi. Serenissimum regē Angliæ abiectius & contēptius tractauit, ac si vilissimus fuisset ex plebe. Optimum & clementissimū ducē Georgium immor-

E talis

Luther impugnat veterem ecclesiam.

Luth. seditiosus.

1525.  
Rustici poenā Lutherismi tulere.

Luth. sanguinarius.

Luth. erga Imp. reges & principes irreuerens.  
Rex Franciæ.  
Rex Angliæ.  
Georg. Sa  
xo.

RELIGIO VERA APVD ECCLESIAM

Principes. & contumelijs, vt vernam. Sic asserit obedientiã erga principes, vt scribat ad eos, subditi non possunt, nec volunt, nec debent tyrannidem vestram diutius ferre, cum alijs seditio-  
sissimis scriptis alibi per me citatis.

Apertissi-  
ma menda-  
cia.  
Luther in-  
seperatiss.

Et cum tota Germania nouerit, quã intemperãter & Asotice uiuat, audet Bucerus virum dissolutissimã vitã cõ-  
mendare, ab innocentia, frugalitate, moderatione, & tem-  
perantia, & quod bonorum operum prædicator sit ardens-  
tissimus, quorum omnium contrarium superius euidenter  
ostendimus, vt meris cauillis & verborum fucis hunc à præ-  
fatis criminibus expurgare nitatur, cum in aprico sit, quã  
seditiose Maiestã Regum & principum non modo nihili  
fecerit, sed etiam conuulserit: Sicut recte & vere habitus  
est carnalis licentiã patronus, & austerioris vitã improba-  
tor.

Fol. 13

Peius excusat Lutherum, cur vota claustralium rumpẽ-  
da docuerit, & religiosam vitam abiiciendam. O vanissimã  
excusationem, quam nec Turca acceptaret. Quicquid enim  
non sapit carnem & concupiscentias eius, vocant hypocri-  
sim, castitatem, ieiunia, abstinentias. Perpetuo seruire deo,  
iugiter diebus ac noctibus diuinis insistere laudibus, hypo-  
crisis illi est. Obseruare rigorem in exercitijs corporis, tyran-  
nis illi est, nisi saltetur, mœchetur, conuiuetur, discurratur  
more Lutherano, non est religio. Et cum certum sit odium  
illud acerbum religionis, & vituperium vitã monasticã,  
non posse habere, nisi diabolum autorem, audet excucillas  
tus Bucer (vt suum quoq; dedecus obtegat) id tribuere imi-  
tationi prophetarum, apostolorum, atq; a deo ipsius Chris-  
sti, ac si vnq; dominus seruatoribus suis perpetuis, imo amis-  
cis sponsi & sequentibus agnum, fuerit iniuriatus: Cum se  
castrauerint propter regnum dei, Matth. 19. Ideo deus pro-  
miserit eis locũ, & nomen melius à filijs Isracl, nomen sempiternis

Odiũ reli-  
gioforum  
à diabolo.

Inculpati-  
ones Bu-  
cero sunt  
hypocrisis

piternum, quod non peribit, Esaia 56. Et hic exititius monachus vult eis dare pessimum nomen. Et vt euidentiore eorum sit impietas & aperta in spiritum sanctum blasphemia, non solum extirpare satagunt eos, qui relictis omnibus iuxta consilium euangelicum sequuntur Christum, & qui mundo renunciant & pompis eius, sed quanto pauperiores sunt, & viliori habitu innocenter viuunt, ac citra cuiusq; iniuriam deo seruiunt, tanto grauius eos molestant, vt sunt sancti Francisci fratres, Chartusij, sanctae Clarae, sanctae Catharinae, sanctae Brigittae sorores. At indicem addit Lydium lapidem Bucer, quia vita vtrinq; probat, vt ibi verum humiliandae carnis & pudicitiae studium vigeat. Hic omnibus exititijs monachis & monialibus, excucullatis, apostatis, votifragis, Venereis militibus, primam fidem irritam contra apostolum facientibus, oppono virgines deo sacratas, ancillas Iesu Christi Nurmbergae, quae consilium Pauli sequentes in virginitate cogitant, quae domini sunt, & quomodo deo placeant, omni ornatu & luxu seculi contempto; quantumuis dure & aspere habeantur, ob hoc solum quod honeste viuunt, & fidem Christo semel datam custodiunt. Etiam si Nigra hoc sacro contubernio indigna, manum ad aratrum positam retraxerit, ac cum uxore Lothi retrospectiens nephario concubito abbati Benedictino iuncta, titillationibus carnis maluit succumbere, quam fortiter tentationibus & illecebris voluptatum cum sanctis virginibus sororibus suis in CHRISTO resistere.

Quis autem non rideat Bucerum cum sanctulo suo Luthero, quem ob regnum Christi defendendum ait spiritu prorsus Heroico tonare, nihil mediocre adhibere, nihilque nisi Christum quaerere. Quam vere dixit Hierony. haereticos omnes esse impudentes, quum supra narrauimus eum habere, quod quaesuit. Et quae ipsum docere hic & scopum

E ij eius

Virgines  
sacratae  
Nurmberg  
gae gratia  
dei uere  
Heroicae.

Schvuer  
tzia.

Super ee  
clesiaste,

RELIGIO VERA APVD ECCLESIAM

Fol. 14

eius asserit, ostendimus ex diametro pugnare cum hæresibus illius, qui hunc solum scopum habet, vt homines ab ecclesia catholica, & à Christo lōgissime abducat, & sic in patens os inferni agat præcipites. Ipsi autem in obscœnis voluptatibus dies & noctes consumitis, vnde oportet, vt vberes vobis prouentus & stipendia constituantur, vt verissime dixerit de vobis Erasmus, vir quem deus ecclesiæ suæ restituendæ produxit. Duo quærun Lutherani, censum & vxores. Reliqua præstat illis euangelium.

Catholico  
rum iudicium  
de  
Luthero.

Quis Luder.

Rectum autem est catholicorum iudicium de Luthero, quod hic Bucer recenset: Eum esse irreligiose audacem, temerarium, petulantem, omnis admonitionis impatientem, sæuū, amarulentum, incoestuosum, salacem, & scurriliter dicacem. Quare falsum Buceri testimonium non recipiunt etiam iurati: quoniam fidefrago non est credendum, cum ex dictis, scriptis, ac factis Lutheri luce clarius appareat, hunc carbonariū filium non esse organum dei, sed diaboli, non membrum Christi, sed Antichristi & nonnē suæ, ecclesiarum internæ ac externæ deformatorem, Antichristi præcursorem & apostolum, omnium hæreticorum hæredem & fecem. Insanit Bucer, si existimat compositis verbis velle persuadere cuiquam integriorē Lutheri vitam, quàm prælatorum quod & Erasmus confutauit, & in Apologia obiecimur legatum sedis apost. de Contarenis felicis memoriæ, & hodie obiecimur cardinalem Sadoletum, cardin. Theatinum, Moronum cardinalem S. crucis, cardinalem S. Marcelli, & similes. Episcopum item Veronensē. Ioannem Matthæum, Valentinum Hildeshaimensē. cum innumeris alijs. Vnde impie Bucer inuidiam Lutheri, scurrilitatem & mordacitatem comparat cum zelo prophetarum & apostolorum. Pessimè consulit libros damnatos Lutheri legendos, cum nusquam non admisceat hæreses & impietates suas: quoniam is mos est hæreticorum (ait Greg.) vt falsa veris permisceant.

Nos



Nos filij ecclesiae nihil agnoscimus, quod est contra sedē apost. inerrabilem, contra iudicium Leonis X. pōtificis Romani & Petri successoris, etiam si in Syria essem cum S. Hierony. Vanissime iactat Bucer Myriades ecclesiarū, quae Lutherum sequantur, quas nemo alienas à Christo iudicauerit. Profecto hęc est ira dei potentis, quod in tam modico tempore tot milia ex Germanis à stabilitate fidei exciderūt ad vnius lupi, excucullati monachi vocem. Sic monuit Tertullianus: Nemo miretur hęreses tantum valere. Ideo credibilis est, quid sit futurum tempore Antichristi, qui apertis thesauris suis (nam diuitiæ ecclesiarum & monasteriorum tunc omnes erunt absumptæ) tot Myriades hominum attrahet, vt Christus dicat: Veruntamen filius hominis veniens, putas inueniet fidem in terra? Ideo Ioannes in Apocalypsi Antichristum describit in figura bestiae, quae erat similis pardo, pedes eius sicut pedes vrsi, & os eius sicut os Leonis, quod interpretatus sum contra mādatum Thuriceñ. Bucer nō vult ecclesias Lutheranas iudicari alienas à Christo: hoc dei est iudicium, extra vnam ecclesiam Christi, extra arcam Noe, extra nauiculam Christi, nullam nouimus. Iudicium Christi est: Qui non est mecum, contra me est: & qui non congregat mecum, spargit. Non enim agnoscit dominus oues extra ouile suum, sed olētes capras & sceditos hircos damnat. Recte fatetur Bucer discipulos Lutheri malos, qui vitia praeceptorum pro virtutibus imitantur. Iuuenes enim imperitiq; prope omnes, ait, ad hanc tātam causam pertracti sunt. Et tamen à Luthero & Bucero inflati opponunt se sedi apost. sanctis patribus, & toti ecclesiae. Autor commendat seipsum, quomodo lectis libris Lutheri ad cognitionem veræ religionis peruenerit: quod à fructu iuxta Christi doctrinam cognoscitur, dū mox cucullam abiicit, religiosos irridet & persequitur, relicto spiritu carnem quærit. Nonnam diu aratam copulat,

Lucæ 18

Apoca. 13

Matth. 23

Bucer profecit ex Luthero,

E iij vt

H A E R E T I C I D I V I S I

vt quos diabolus coniunxit, homo non separet. Euangeli-  
um Lutheri plus mille locis falsatum prædicat, & vitio car-  
nis cæcus, cæcos alios in foueam agit, vt omnes simul per-  
petuis cruciatibus affligantur. Anathema ergo sit Luther  
in Bucero, sicut Manichæus in Fausto.

Fol. 26  
Galat. 5

Quærit episcopos, clerū & monachos XX. annos cona-  
tos, vt extinguant Lutheranos, & recte. Sic optabat Pau-  
lus: Vtinam abscindantur, qui vos conturbant. Sed nos ma-  
gis querimur etiam hodie episcopos tam negligentes esse,

Fatetur subinde plurimas fanaticas doctrinas, & exitio-  
sas hæreses excitatas. Recte propterea vobis obijcimus Sa-  
cramentarios, Parabaptistas, Ikonoklastes, Spiritiuos, & si-  
milia viperarum genimina, nata ex vobis, & filios vestros  
esse: & hi sunt fructus vestri euāgelij. Quare recte dixit de  
hæreticis B. Hieronymus: Hæretici diuisi sunt inter se.

Lutheran-  
ni seducti  
cōtra mā-  
data prin-  
cipum.  
Sigillātes  
recessum  
Augustas-  
num.  
ec. x  
Verum.

Et hoc quoque verum. Cum audissent à Ludderanis, de-  
bere magis obedire deo, quàm hominibus: eruperunt aliq,  
qui mādata ecclesiæ ac iussa principum, etiam ea quæ cum  
mandatis dei consentiunt, contemnerent ac protererent.  
Id autem non solum Pneumatici fecerunt, omne regimen  
politicum aspernati, sed & maiores status regalia à Cæsare  
habentes, mandata & ædicta Cæsaris contemnentes faciūt,  
non attendentes quod sigillis suis firmauerint cum Impe-  
ratore se mansuros & recessui Augusteñ, adhæsuros.

Etiam hoc probamus, quod ait, dum in cæremonijs, pre-  
cibus, ieiunijs & castigationibus carnis, hypocrisim oppu-  
gnauimus, hinc homines carnales & mancipia satanæ, ve-  
ra religionis opera reiecerunt, disciplinamque Christi dis-  
soluerunt, & licentiæ eorum non fauentes oderunt, quod  
etiam nunc apostatæ faciunt. Nimis accurate nugas & do-  
los huius prosequor, studebo esse breuior: nam notissima  
sunt mendacia, quod doctrinæ suæ falsæ pietatem arrogat,  
euangelium in ecclesijs siluisse, cum semper euāgelium fue-  
rit

rit prædicatum, licet non cum glossis hæreticis & Lutheri-  
cis, sicut ipsi faciunt.

Conqueritur de episcopis, qui tantum hoc cogitant &  
moliuntur, quomodo eos opprimant. Utinam ex animo  
hoc dudum cogitassent deo amabiles prælati: non tam las-  
te serpsisset hoc malum. In Apologia excusavi hunc episco-  
porum conatum, si habeant, sicut habere deberent.

Ex mutua infectatiōe catholicorū & hæreticorū ait Buc-  
cer esse natum, vt religio indies euanescat, sensimq; plane  
extinguatur. Videmus oēs, quo prolabatur omnis in vul-  
go cura, quàmq; pauci vbiq; supersint, quos vllus teneat di-  
uini iudicij metus. Hic est fructus vestri euangelij: nā cul-  
pam catholicis non potestis tribuere prædicatoribus, qui ea  
docent & prædicant, quæ Germania credidit ex eo, qd fidē  
Christi susceperūt: vnde & Germani apud oēs natiōes lau-  
dati sunt in fide Christiana, qui modo vbiq; male audiunt  
ob perfidiam Lutheranam. Et cum agnoscat vbiq; vulgū  
non habere metum diuini iudicij, itaq; neq; apud Luthera-  
nos, quid ergo tumide iactat in ecclesijs suis esse veram do-  
ctrinam, verum vsum sacramentorum, &c. quorū omnium  
contrarium euidenter ostendimus in tota Apologia: Inge-  
nue tñ fatetur illis adhuc deesse disciplinam, quia etiā apud  
eos plures esse vocatos, quā electos. Verius aut dico tibi Bu-  
cere, nullā apud vos esse disciplinam, nullos quoq; electos,  
nisi abiurata hæresi ad ecclesiam dei resipiscendo redeant.  
Nam si nihil coinquinatū intrabit in regnū cælorū, vt Ioan.  
inquit, quomodo qd hæreticum posset ingredi? Et qui nō  
sunt hic de ecclesia, quō sperant se aliqñ futuros in cælo?

Fatetur tamen aliquid disciplinæ superesse catholicis, cō-  
fessionem puta sacerdotibus factam. Quod dū negare ne-  
quit, calūniatur tñ illud cardiognostes, cordiū inspector  
& renum scrutator, quia nō faciāt studio petēdæ veniæ. At  
dico tibi Bucere: Tu quis es, qui iudicas alienum seruum, &  
ex ma:

ee. 2  
Fol. 132

Fructus  
Lutheristū  
ei euange-  
lij.  
Germani  
in fide lau-  
dati.

Luthera-  
ni sine dis-  
ciplina.

Apoc. 21

Confessio  
nē catholū  
corum dā  
nat.  
Roma. 14

CATHOLICI BONY

ex malitia cordis tui rem optimam pessime interpretaris, si  
 cut & in sequentibus mendacissime detrahis catholicis, quod  
 in omni vita nihil monstrent solidę fiducia in Christum,  
 nihil officiosę charitatis in proximos, nihilque vere morum  
 sanctimonię: frontem perfricuit, ad nullum mendacium  
 rubet. Hic tamen ei obijcio vnum hospitale S. spiritus Ro-  
 Hospitalia mę, aut hospitale Senen., aut sancti Marci Florentię, aut ea  
 quę sunt sub illustri Venetorum dominio, an nõ in his of-  
 ficiosius monstretur charitas in proximos etiam alienos, quę  
 fiat in omnibus dominijs & ciuitatibus Luthericis? Vis tes-  
 tem viciniorem? Ante hanc pestem Lutheri maior dabis  
 Carthusia tur elemosyna in Chartusia vnica Argętoraten., quę modo  
 fiat per amplam & ditissimam ciuitatem Argentinam. Ci-  
 Cista Lus- stam habent Lutherani pro pauperibus. Ita aiunt: sed cui  
 therana. dant? validis mendicantibus, eorum prædicatoribus & scor-  
 tis, proditoribus, familiaribus, turpibus aliquando internũ  
 cius, aut quorum opera aliquando abusi sunt. Minimũ est,  
 quod veris pauperibus & egentibus præstatur: Imo in tan-  
 tum venerunt profundum malorum, vt si qui sint catholici  
 & auitę religionis amantes, etiam si sint Lazaro egenti-  
 ores, elemosynam illis negent. O deus respice ex alto. Bus-  
 cer aduertens quod nimius fuit, quia detraxit catholicis  
 Fol. 19 pœnitentiam, charitatem, & morum sanctimoniam, emol-  
 lit suam calumniam, & fatetur inter catholicos etiam inue-  
 niri, qui deum sincere inuocent, nec aliud quærant in o-  
 mni ecclesię disciplina, quàm remissionem peccatorum &  
 Fatetur spiritum pie viuendi, & hæc à sola dei misericordia, & Chri-  
 in nostris sti merito. At non potens nobis solidam laudem permitte-  
 etiam. re, subdit: Sed quàm exiguus est horum vbique numerus?  
 Cui respondeo, eum numerum esse tamen maiorem, quàm  
 apud vos: Imo nullus est apud vos, quàm diu cum coruo  
 Lucæ 11) Lutheri estis extra arcam: vt vere dicat Luthericis Chri-  
 stus: Nisi pœnitentiam egeritis, omnes simul peribitis. Vnus  
 de vana

de vana est & irrita exhortatio sua, qua omnem causam & culpam grauissimæ iræ dei in catholicos refert: cur non in suos apostatas, & ecclesiæ rebelles?

Accusationem adfert catholicorum aduersus Lutheri-  
 stas, quia multa mouerint in ecclesia, quæ præstabat non at-  
 tigisset: qua audacia populus solutus sit & disciplina & sacro-  
 rum reuerentia. Et fatetur eos aliqua ex parte in hoc crimine hæreret in quo deliquerant, non erant amaris criminationibus perpetuo exagitandi. Hæc suscepimus, at mox vi-  
 pera ad maledicentiam conuertitur, quia nõ habemus syn-  
 ceram partem ministerij, prorsus iacere doctrinam, vmbra  
 superesse disciplinæ, foueri superstitiones & idololatrias &  
 sacrilegia, ac peruersionem religionis defendi. Quæ vitia  
 cum tam aperte sint in moribus Lutheranorum, quis nõ ri-  
 deat, quod suorum crimina in Christi fideles & catholicos  
 refert, sicut lupus Aesopicus in innocẽtem agnum reijcit.  
 Quam vere dixit Saluianus: In tantum hæretici se catholico-  
 cos esse iudicant, vt nos ipsos titulo hæreticæ appellationis  
 infament. Sic Donatistæ se iactabant catholicos ac partem  
 Augustini & ecclesiæ dicebant hæreticam. Ideo non est no-  
 bis curæ, quid de se testetur hæreticus. A fructibus eius co-  
 gnoscimus eum iuxta Christi doctrinam, quoniam nititur  
 homines à vera religione & ecclesia catholica auocare, ea  
 quæ cum Christo & euangelio consentiunt, repudiare: ea  
 vero quæ ab hæreticis patriarchis suis constituta sunt, licet  
 incinerata & sepulta, iterum restituere. Hoc tamen vere di-  
 cit: lam vbi ego impegi, ibi & plures symmistas meos impe-  
 gisse non dubito.

Fatetur  
 Lutheranos  
 nos excessisse.

Fol. 18

Fatetur se  
 & suos lapsos.

Pollicetur suam operam ad instaurandam sanctorum  
 communionem, & restituere ecclesiæ disciplinam. Quis hic  
 risum cõtineat, etiam agelastos, dum probri plenus ac sce-  
 lerum semẽ promittit erigere, quæ manibus & pedibus mo-  
 litur destruere? Lutherũ denuo nobis vellet pro membro

F eccles

CATHOLICI BONI

ecclesie inserere. Abeat, abeat, non inter oues admittimus  
lupum.

Cuperet apostata, ut ex suis Lutheriensibus & catho-  
cis vnum fiamus, quia inquit: Cogitemus quicquid in  
Christo non vnum est, id nec Christi esse idonee. At tunc  
vos non estis vnum, nec nobiscum, nec inter vos. Itaque  
non estis Christi, quia non acquiescitis apostolicæ doctrinæ,  
quæ ait: Obsecro vos fratres per nomen domini nostri  
Iesu Christi, ut id ipsum dicatis omnes, & non sint in  
vobis schismata: fitis autem perfecti in eodem sensu, & in  
eadem scientia. At vos Lutherani estis contentiosi & diuisi.  
Ille est Lutheri, alter Zuinglij, alius Parabaptistæ, &c.  
Non est digamus Christus, vnam habet sponsam sanctam  
ecclesiam catholicam. Non vult pellices hæresum & zaras-  
fas. Non adduco, quæ Calcearius discipulus Carlstadii ad-  
duxit Orlamundi contra Lutherum, cui non respondit.  
Refitui petit Bucer unionem veram inter eos, qui domini  
sunt: primo non admittimus schismaticos esse domini,  
quia neque ad sponsum pertinet, neque ad sponsam, quia sunt  
membra putrida præscisa ab ecclesia. Dein quam quærit con-  
ventionem inter Christum & Belial: abiuret hæreses, & re-  
deat ad ecclesiam, mox erit pax & concordia hominibus bonæ  
voluntatis. Ampullosis verbis petit colligi oues disper-  
sas & dissipatas: at quoties hoc tentauit pontifex, quid omi-  
sit, ut vos colligeret & reduceret ad ouile Christi? Sed ut  
Christus ait de Hierusalem: Quoties volui congregare fili-  
os tuos & noluisti: semper estis rebelles, pertinaces, obstina-  
ti, & paternis admonitionibus pastoris non vultis acquies-  
cere, nec reuerendissimorum patrum sedis apostolicæ lega-  
torum monita utilissima suscipere, sed eos repulistis. Ideo  
iure diceret vobis sed, apost. cum Osea: Quia tu scientiam  
repulistis, & ego repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi.  
Prætereo quod iniurijs, conuitijs, calumnijs, despectu &

Luthera-  
ni nō unū  
1. Cor. 1

Extra ec-  
clesiam di-  
uisi.

Fol. 27

Non obe-  
diunt Pa-  
tr.

Osea 4

con-

contemptu affecistis sedem apostolicam in verbis, factis & pi-  
cturis, &c. Ideo frustra Bucer adducit Paulum, quod deus Ephē. 4  
dederit ecclesie apostolos, prophetas, pastores, doctores. Nolite vos ingerere huic sacro numero: nullam habetis  
aedificandi potestatem, quia dissipatores estis, non restauratores. Non quidem à domino ecclesie dati, sed à diabolo  
mendaciorum patre, & dissensionis autore, ad hæreses exci-  
tandas instigati. De Imperatoris Augustissimi paterna  
diligentia ipse fateris: nihil tamen profuit, sed semper facti  
estis peiores & insolentiores, abusi mitissima eius cle-  
mentia.

**¶** Quomodo hoc religionis dissidium tollendum. Titulus  
Buceri.

Placet exordium, deus punit peccata nostra his dissensionibus.

Placet etiam perpetuum nobis bellum cum Belial gerendum & irreconciliabile: quare & cum hereticis quam diu  
pertinaces fuerint, continuum est nobis bellum, nisi resipuerint. Et adeo Bucer non docet, quo pacto dissidium religionis  
componi debeat, sed magis fomētum præstat maioris discordiæ, ut nulla prorsus pax à pertinacibus sit speranda, quia datus est in reprobum sensum. Bucer autem  
get schisma  
mata.

Fundamentum componendi facit impius apostata, ut id fiat sine consensu pontificum, episcoporum, & doctorum. Fol. 22  
Suadet enim  
nionem sine  
ne episcopis  
pis & doctoribus.  
Imo ipsis reclamantibus, modo fiat hoc sub bono & solo pastore Christo. Nam sic reges & prophetae nihil prorsus cum sacerdotibus agebant de restituenda religione: Sic  
Christus & apostoli ab initio ecclesiam collegerunt inuis & repugnantibus sacerdotibus. Ita in persecutione hæreticorum orthodoxi per se congregati sunt & de religione constituerunt.

Quid vanius & pertinacius poterat dicere? fiat concordia de credendis in religione: at pastores non modo

F ij non

Apologus  
de pace lu  
porum.

Ambros.  
Beda.  
Actu. 20  
Lupina  
pax.  
Ecci 11

Fol. 141

Reges bo  
ni, amici  
propheta  
rum.

non interfint, sed etiam contemnantur. Demosthenes eis Apologum diceret, sicut Athenienſem, quando Philippus Macedo ciuitati pacem obtulit, modo in potestatem eius darentur sapientes. Inquit Demosthenes: Lupi offerebant pacem ouibus si eis darentur canes, qui causa discordiæ essent: sed datis canibus in potestatem luporum, cum oues defensore carerent, irruerunt lupi & iugularunt oues. Talem concordiam lupinam quærit Bucer. Nam & hæreticos per lupos à Christo significari testatur Ambros. quæ sequitur & Beda. Sic Paulus ad seniores inquit Ephesios: Scio quod post discessum meum irruent in vos lupi rapaces: at quæ ouis tam stulta est, quæ faciat pacem cum lupo, absque pastore, absque canibus? Ideo Sapiens inquit: Sicut communicat lupo agno, sic peccator iusto. Vult ergo Bucer lupinam facere cum catholicis pacem, exclusis episcopis & doctoribus, ut simplices oues possint rapere & dispergere ab unitate ecclesiæ catholicæ. Et quia dissidium religionis, etiam Lutheristis assentientibus, componi non potest, nisi per Concilium, sine autoritate autem Papæ legitimum Concilium conuocari non potest, ut in Apologia probauimus. Apage ergo, recede Bucere cum tuo pestifero concordie prætextu, quo tota pessundaretur ecclesia, quæ tamen manebit usque ad consummationem seculi. At quod assumit de regibus in veteri test. vel per ignorantiam facit, quod Bibliam non legit: vel per malitiam, quod lectam dissimulat, cum Regum historia contrarium probet. Saul enim habuit Samuelem, Daud Abiathar, Salomon habuit Sadoch, Iosias Helchiam, Ezechias Esaiam, Ioas habuit Ioia-da sacerdotem, Zorobabel habuit Iesum filium Iosedech. Et Bucer suimet mendacii immemor fatetur infra contrarium quarto folio. s. 27. Responde Bucer ad hanc contradictionem. De Christo indoctissime assumit, quoniam cum ipse met erat sacerdos, & apostoli eius sacerdotes, non vsi sunt sacerdotibus legalibus, quia illud iam erat antiquandum, & ut  
Paulus



Paulus inquit: Translato sacerdotio necesse fuit & legis Hebr. & translationem fieri. Contra hæreticos in primitiua ecclesia semper actum est per Concilia episcoporum, vt ex ecclesiastica & tripartita historijs liquet. Imo sacra Concilia ipsi apostoli celebrarunt, vt ex Actibus apostolicis liquet.

Ad hominem compendio respondemus: Nusquam per Concilia aut Iura exclusos episcopos & doctores in tractatu fidei, verum apostata & hæretici nullam in his vocem habere permittuntur. Obiter ergo dicamus ad sequentia.

Pontifices & episcopi non rapiunt & mactant oues, sed vos lupi, id est, hæretici.

Christus instituit apostolos & principem apostolorum Petrum: dedit præpositos, quibus obedire iubet Paulus, quia qui vos spernit, me spernit. Et de loco sedis apost. eui dentissime probauimus de primatu Petri, cuius sententia in fide nunquam deficit lib. 1. cap. 18. Cum Romana ecclesia oportet omnem catholicum sentire, ibid. cap. 30. Cuius privilegium est inexpugnabile cap. 3. Romana ecclesia specialiter est ædificata super Petram, ibi. Multa etiam pro autoritate & firmitate ecclesiæ Romanæ attulimus in Apologia. Insanit apostata, quod nullum locum, nullum nomen, nullam successionem vult valere in ecclesia, quia solus spiritus regenerat. Verum quidem: solus spiritus etiam absoluit, sed neutrum fit sine ministris & sacramentis.

Romam extirpatricem hæresum non potest hæreticus respicere. Inuehitur in mores Romanos, cum ei obiecerim legatum reuerendissimum Contarenum meliorem toto excommunicato clero Buceri: & hodie cardinales supra nominatos obijcio, cum pluribus ei in Apologia adductis. At induratum est cor Pharaonis, non auscultat vera & recta dicentibus. Qui tam prodigus est librorum, cur non respondet Apologiæ, quam nominatim in eum edidi?

Bucerus pergitt: In manibus nostris posuit deus salutem

F ij nostram.

Fol. 29  
Sedes apo:  
inerrabilis.

Romana  
eccle.

Bucer contra Romanos.

nostram. Hoc negasset Luther & Carlstadius ante XX. annos, quia liberum arbitrium nihil possit agere, & habeat se mere passive. At nos admittimus deum posuisse in manibus nostris, verum per suam motionem, vocationem, pulsationem, gratiam & tractum & per ministros & sacramenta. Iudicium autem doctrinae sacerdotibus commisit & apostolis. Non tam rebelles & insensati fuerunt Antiocheni, quod Hierusalem non respicerent, sicut Bucer non patitur Romam: neque sibi usurparunt iudicium fidei, sed permiserunt apostolis & senioribus, sicut etiam ambigua referebantur ad iudicium summi sacerdotis, qui erat in loco, quem elegerat dominus. Deus meminit loci a deo electi, & Bucer invidia excecatus nullum locum cognoscit a deo electum, nec sui apostatae. Ideo reliquerunt loca monasteriorum, quae elegerant. Itaque pontifices, cardinales, episcopi verum habent euangelium Christi antiquum & veram eius intelligentiam. Vos autem haeretici affertis noua euangelia, corrupta & deprauata, Hussitica, Vuiclephica, Iouiniani, Epicurei. Ideo estis anathema.

Bucer que  
ric concilii  
liabulum.

Omnis conatus haeretici est, ut conciliabulum cogatur, non Concilium, ut per suae farinae homines plura vota assequatur. Nam omnes sui apostatae se immiscerent, & vocem diffinitiuam usurparent etiam laici sui, contra decreta vniuersalium Conciliorum, contra omnia iura, contra omnem aequitatem & rationem, ut in Apologia latius deduximus. Non me fugit quod huiusmodi immistio de facto attentata fuit in quodam magno Concilio, unde infelicitate finitum est schismate. Rursus vitia manifestarum catholicis impingit. Et hic est dolus haeticorum, qui huiusmodi artibus illudunt simplicibus. Excludit pontificem, cardinales, episcopos & doctores a Conciliis, quia solum umbram externae pietatis praeseferant, & se Christi aduersarios factis & verbis declarant, qui quae carnis, non quae

Cōtine ris  
sum lector

quæ spiritus sunt sequuntur. Manifesta sunt opera carnis à fructibus doctrinæ & vitæ discernatur. Quis hic non effuse rideat Epicureos porcos, carnalitate, luxu, crapula absorptos, omnibus bonis operibus vacuos? qui Curios simulant & Bachanalia & Lupercalia viuunt: plus turpissimi sacerdotes Cybeles, & Priapi cum regina Maacha, quam Christi amatoris castitatis & virginitatis. At vitam eorum Epicureorum supra post Erasmus depinximus. Deo gloria, quod tot sunt adhuc integerrimi & honestissimi prælati, tot sacerdotes optimæ & inculpatae vitæ, tot monachi deuotissimi, tot vestales castissimæ. Nam hac liminosa hæresi repurgata sunt zizania, paleæ & vitia ex area domini: mundata sunt monasteria, clerus bene probatus prauis & carnalibus ad Lutherismum se conferentibus, vt ventri & inguini ac hortorum deo seruiant. Ideo desinat apostata illustri domino à Prato persuadere, plures ex catholicis adhæsueros Lutheranis vt fratribus. Absit, iam paleæ glumo à tritico separatae sunt. Si qui autem adhuc, exeant à nobis ad eos, dicamus de eis cum Ioanne, r. Ioan. 3 quia non erant ex nobis, velut Melanchthoni Vuormaciæ dixi.

Fatetur Bucer denuo, in eorum agro enasci plurimum zizaniarum, nec paucos pisces putres eorum rete attrahit Zizania in Lutherismo. (ego dico solos putres) nec desunt in nostro grege foetidi hirci, sed plures esse adhuc synceros inter eos. At inspicite omnes Lutheristas. Euangelium nec in operibus, nec in peccatore habent, sed in ore duntaxat, Maulchristen, cum nulla euangelica opera exhibeant.

Adhuc quærit conciliabulum, vt ecclesia malignantium Fol. 24 Conciliabulum, conueniat, siue ciuili (vt laicos Concilio immisceat) siue ecclesiastico munere fungantur. Et hanc sanctam Synodum appellat, ex apostaticis s. viris, votifragis monachis, & periuris sacerdotibus collectam. Veniet ne Christus, veniet ne Spiritus

Sapien. x spiritus sanctus, & præsidebit in illa fece hominum, in illa colluue apostatarum, ubi desunt ecclesiæ proceres, ministri dei in fide. Non attendunt, quid dicat Sapiens: In ma-  
 lenolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis: Spiritus enim disciplinæ effugiet fictum, & auferet se à cogitationibus, quæ sunt sine intellectu. Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum, & in ca-  
 thedra pestilentia non sedit. Non enim surgunt peccato- res in consilio iustorum. Et vt Iob ait: Deum ponã eloqui-  
 um meum, qui apprehendit sapientes in astutia eorum, & consilium prauorum dissipat, per diem incurrẽt tenebras, quia exacerbauerunt deum in consilio suo, & consilia pec-  
 catorum fraudulenta.

Cum Lutherani & Zuingliani ex scriptura cæreum na- sum faciunt, pro libito glossas corruptiuas adijcientes, vt misere multis annis apertissima verba Christi. Hoc est corpus meum: torserunt & lacerarunt. Vt tamen laicos suos faciat temerarios & præsumptuosos, persuadet Bucer euan-  
 gelium nemini esse obscurum, nulli ambiguum, aut obie- ctum. Hinc anus Luthericæ superbiunt, & sibi persuadent eas nihil latere in Biblia, vt etiam cum viris disputent. An  
 mentitur Petrus de epistola Pauli ad Rom. (qua plurimũ vtuntur Lutherani, licet corrupte) In quibus sunt aliqua intellectu difficilia, quæ indocti & instabiles deprauant (ita vos facitis) sicut cæteras scripturas, ad suam ipsorum perdis-  
 tionem: Et Hierony. ad Algasiam: Omnis epistola Pauli ad Romanos nimis obscuritatibus inuoluta est. Cur anges-  
 lus ait Danieli: Tu claude sermones, & signa librum vsque ad tempus statutum. Vtinam omnes laici Lutherani intel-  
 ligerent scripturas, quæ de periculo nouissimi temporis & hæreticis scripta sunt in vtroq; testamento, vt cognoscerẽt eorum prædicatores esse præcursores Antichristi. Sed non habent hanc gratiam à deo, quia clausi sunt, signatiq; ser-  
 mones

Euangelii non semper clarũ.

2. Pet. 3

Hierony.

Daniel. 12

Lutherani laici non intelligunt scripturas

mones vsq; ad præfinitum tempus, neq; intelligent omnes *Ibidem.*  
impj. Porro docti intelligent, illi scilicet, qui sunt in eccle-  
sia catholica intelligunt.

Et si tam clara est sacra scriptura, mirum quod in ea viri  
exercitatissimi, & sanctitate conspicui, Augustinus, Hiero-  
ny. Ambr. Gregor. Chrys. Bernardus, & alij ecclesie catho-  
licæ doctores eam non intellexerunt, vsq; quo venerunt illi  
seductores. Alias ostendi quomodo sacra scriptura non  
tantum habeat vnum simplicem sensum, in Homilijs do-  
minicæ pœnitentiæ in quadragesima.

Aliud subsidium cõcordiæ ponit Bucer, scripta patrum *Medium  
concordiæ  
patres &  
Concilia.*  
& Conciliorum. At persuadeat hoc suis, vt hoc acceptent,  
& statim conuincemus vitam & dogmata vestra esse dāna-  
ta. At nunq̄ potuerunt Lutherani & Zuingliani ad hoc  
induci clamantes: quid patres, patres: solas scripturas exi-  
gebant, & eas claras, vt habet mandatum Bernatium à te  
seductorum & alijs mendacibus prophetis. Quis ergo non  
subolet dolū, quod Bucer admittit hic patres, quos omnes  
sui heresiarchæ repudiarunt, nisi quia corruptis glossis vos  
torquet à vero?

Mentiri dicit eos, qui dicunt non licere nobis Cõcilium  
cogere sine pontificis consensu, nec quicq̄ statuere in reli-  
gione, si non ab alijs nationibus probetur. Non sum tam  
imprudens, vt non intelligam, quid coneris. Conciliabulū *Contra cõ  
ciliabulū.*  
per vim meditaris: dñi aut̄ nutu dissipabitur consilium A-  
chitophel, quia sicut aqua profunda, sic consilium in corde  
viri, sed homo sapiens exhauriet illud, quia non est sapiens *Prou. 20*  
tia, non est prudentia, non est consilium contra dñm. De v-  
troq; puncto diximus in Apologia, quantū sufficit. Nam *Fol. 144.  
140. & 118*  
tam certa est pontificis in cogendis Concilijs autoritas, ca-  
thedræ Petri dignitas, vt qui illam neget, fidem Petri non  
habeat, S. Hieronymi sententia. Neque prohibet summus  
pontifex pios cõuenire, & inquirere & probare, quæ sit vo-  
luntas

G luntas

LAICI LVTHERANI

Iuntas dei bona & beneplacens & perfecta, sed conciliabula prohibet hæreticorum, conuenticula apostatarum & excucullatorum, quæ opprimere moluntur veritatem fidei, & hæreses inferere. Destruere quærunt, nõ ædificare, & demoliri vineam domini, velut conciliabulũ Arimineñ. Concilium impium Ephesinum, sicut Concilium Chirtæ Donatistarum, & multa Concilia Arrianorũ (de quo in Apologia) impiorum Cæsarum autoritate congregata: sicut damnatæ memoriæ Photius & Imp. Michael, qui in eorum illegittimo Cõcilio acephalo, omnes episcopos Latinos excommunicauerunt. Idem faceres Bucere in tuo diabolico conciliabulo, qui inaudita temeritate iam exclusisti pontifices, cardinales, episcopos, prælatos, totum clerũ, & doctores & omnes qui agnoscunt & faciunt obediẽtiam Romanæ ecclesiæ & apost. sed. sicut omnes catholici tenentur sub pœna æterni interitus, ac damnationis. Confido in deũ, si omnis globus Lutheri & Buceri stet contra dñm, sicut congregatio Dathan & Abiron, q̄ diuina ultione peribunt, & operti humo vini descendant ad infernum. Sic eueniat Choretico vestro Concilio malignantium. Nos in libro nostro de primatu Petri vbertim testimonia citauimus ex canonibus indubitatae fidei pro Concilijs: quod si Butzer non videt solem, suæ imputet profundæ cœcitati.

Num. 76  
Fol. 29

Synodi.

De Synodis prouincialibus meminimus sæpe in scriptis nostris, & totius ecclesiæ patribus obtulimus, Leoni X. Adriano VI. Clemēti VII. Vtinã Metropolitanus custodirẽt: at nõ solũ retinẽt re pdita, vti alibi declarauimus. Pug; pug; tamen est mendaciũ Buceri, q̄ arbitrat̄ generales Synodos potuisse indici sine Rom. pon. autoritate: at tã sæpe pbauimus contrariũ: sed q̄ Augustinus de Fausto cõqueritur, eas dẽ sæpe repetit, nec pudet. Idẽ facit noster Iebuseus Bucer.

Fol. 40. b

Quæ vero ex Cypriano adfert, prolixè in primatu Petri ostẽdimus. De Apiario ab vniuersis episcopis totius Aphricæ,

ca, etiam per primates sex condemnato (cui condemnatio <sup>Causa Ap</sup> ni S. Aug. quoq; interfuerat) à sede th apostolica aduersus <sup>piarij.</sup> ecclesias Aphricanas pleniter restituto autoritate Concilij Niceni per Zozimum & Bonifaciū Romanos pontifices. Vide de primatu Petri lib. 3. ca. 10. nā & tota Aphrica cessit sententiæ pontificum Romanorū, & passa est se iudicari, sed hoc non patitur Bucer, nec sua ecclesia malignantium, vbi oīs malus conatus Buceri ex ipso facto re ipsa conuincitur. Quare manifestum est illationē eius sequentem esse falsam <sup>Fol. 26</sup> & incōmodam, dū ait: Hinc itaq; clare intelligitur, &c. qā negato antecedente, vt iā euidenter docuimus, negamus cōsequens & consequētiam. Responde Bucere si potes, qā oēs sequentes cailli tui fundamento hoc diruto cadunt.

Sed q̄s nō rideat, aut potius abominef Sycophantā Bucerū, q̄ postq̄ Gratianū citasset, bona fide autoritatē Concilio <sup>Defendit</sup> rū titulo tenus quoq; euocantē, & in fine pro more suo ad- <sup>tur Grati</sup> iecisset, q̄ pacto concordari possent Concilioꝝ decreta pri- <sup>nus.</sup> mo aspectu discordantia. Quod dum synceriter faciat Gratianus admirandæ diligentia & laboris autor, adhuc calūniator ei irascitur, quod falsum dixerit, neq; quicq; adfert p̄ calumnia sua in Gratianum. Valeat vt meretur Bucer.

Sic falsum assumit Bucer, deū p̄cepisse, vt Concilia gñalia habeant: ostēdat hoc ex euangelio suo. Verū est, deus p̄bat, si duo aut tres cōueniant in noīe suo. Quod facit qd̄ ē pro Concilio. At eo loci nihil p̄cepit Christus, sed p̄mittit.

Citat Bucer can. 126. Concilij Aphricani. Ego habeo exemplaria scripta & impressa, in quibus non memini me huiusmodi canonē vidisse, & restitutus Apiarius à Rom. pon. Zozimo & Bonifacio, contrarium euidenter probat. Non enim hoc quod apostata hic p̄tendit obiecerunt Aphricani, sed duntaxat supplicarunt ad vitanda scandala, ne in eādē ecclesiam restitueretur Apiarius.

Eadem dexteritate citat canonē S. Cōcilij Niceni, pref-  
G ij fos

Concilia  
Aphricas  
na nō com  
tra Papā,  
sed contra  
concilia  
bula.

CONCILIA QUATENVS

fos debere appellare ad maius & frequentius Concilium, quod etiam me legisse memini in Concilijs. Verum Nicenum Concilium nihil horum meminit, quod sciam. Hoc autem scio me legisse in quarto Concilio Carthagineo, Heretico cœtus, non ecclesia, sed conciliabulum est. Cur hoc non adduxit Bucer, contra presumptum suorum excucullatorum Concilium? Remittit se apostata ad articulum de ecclesia: at in Apologia censuram erratum accepit.

Fol. 27

In contentionem descendit Philistæus noster, alijs violentibus nullum omnino debere fieri Concilium. Contentiones illas habent hæretici inter se. Nemo enim catholicorum non ex animo cupit legitimum fieri Concilium. Ideo non respondeo ad inique citata à Bucero.

Bucer ap-  
te sibi con-  
tradicit.

Iaces Buce-  
re.

Sed audi Bucere. Nescis hoc antiquum, oportet mendacem esse memorem? cum paulo superius pro basi falsitatis tuæ assumpseris, pios olim reges de restituenda religione nihil prorsus cum sacerdotibus constituere potuerunt: modo tui oblitus asseris. Hinc Moyse statim consilium adiunctum est seniorum, ingens multitudo Leuitarum præfecta est sacris, & selectorum ex his sacerdotum. Hosque pii semper reges in conseruandis & reparandis religionibus, religiose consuluerunt. Nec enim David sacras cæremonias tam magnifice instituit, nec Ezechias & Iosias restituerunt, absque sacra Synodo seniorum, sacerdotum, prophetarum & Leuitarum. Ecce nugiuendum Satyrum, qui ex eodem ore calidum spirat & frigidum. At huiusmodi antilogiæ & contradictiones Lutheranis sunt familiares, velut faber episcopus Viennensis, ad oculum monstrauit, & Septicipites Cochleji nostri, ubi Luther & discipuli eius nec verbum auri sunt respondere.

Proderit & hoc nobis aduersus Bucere, quod tam incircumspectus est. Euomit omnia incōsiderate per ulcerato animo suo & hæretico stomacho: Synodos non esse celebrandos. Induxit  
Grego



Gregorium Nazianzenum probatum Theologum Pro-  
 copio scribentem, se nullius Synodi bonum finem vidisse,  
 nec Synodos fuisse vllas, quæ non malorū potius incremen-  
 ta, quàm solutionem attulissent. Respondēt: Erant tempora  
 Nanzianzeni admodum turbulēta propter Valētis Ar-  
 riani Imperium, multumq; grassabatur in sacerdotum or-  
 dine malum cōtentionis & ambitionis. Quocirca dictum  
 illud Gregorij, vir prius excessu quodam indignatiōis scri-  
 psit ob sacerdotum contentionem & ambitionem. Fateris  
 ergo Bucere, ob turbulenta tempora Gregorij & Valenti-  
 ni hæresim, eum noluisse Concilium, quod malum time-  
 ret exitum. Cur nobis Gregorij non permittis eandē ex-  
 cusationem, vt propter malignitatem temporum, & ob ti-  
 morem mali successus, nolimus Concilium? Non hæc dixe-  
 rim, quod S. D. N. si negligens fuerit in congregando Con-  
 cilio generali excusem: at tecum Bucere mihi res est. Mul-  
 to maiori & vrgentiori causa tibi & tuis apostatis non est  
 Concilium permittendum, cuius non possit pessimus time-  
 ri exitus. Deus faciat vt Papa Paulus noster hoc semel tol-  
 lat opprobrium, quo omnes iactitant, pontifices hæctenus  
 non ex animo indixisse Concilium, sed fūco quodam vo-  
 luisse Germanis illudere, & vana spe decipere. Dñ meliora.

Fingit Luther Concilium (sicut Plato Rempub.) trifas-  
 riam ex personis posse colligi. Primi sunt plane mali, & hu-  
 iuscemodi erit conciliabulum vestrum. Non ex multis, sed  
 pessimis cōgregatum, apostatis, excucullatis, periuris sacra-  
 dotibus, alieno ære grauatīs laicis. Item ex principibus, co-  
 mitibus, & ciuitatibus, oppida, arces, villas, prædia, domos,  
 redditus, decimas, piscationes, theolonea, venationes, epi-  
 scoporum, prælatorum, monachorum & cleri, sitientissime  
 desiderantibus: quibus proderunt (ita falso iudicio arbitra-  
 tur) ecclesiarum thesauri, clenodia, calices, gemmæ, aurum  
 & argentum, & quicquid est in ecclesia preciosum. Nunc

G in te in

Concilia  
mala affe-  
runt.

Turbulen-  
ta tēpora  
nō ferunt  
pia Conci-  
lia.

Tridenti.

Trifariā  
colligitur  
Conciliū.

Rapina  
Lutheræ-  
norum.

PERSONAE CONCILII.

te interrogo Bucere, voluisset ne tales in conciliabulo Gregorius? Recusasset profecto manibus & pedibus. Itaque non mirabere, si viri boni & prudentes, licet p̄i & veræ religionis amantissimi, non tibi assentiantur in conciliabulo tuo congregando.

2 Alios in Synodo fingit non omnino malos, sed sui amantes, & contentiosos, & propriæ gloriæ cupidos. Hos dicit facturos excitas perturbationes acerbiores. At vere pios & timentes deum Concilio idoneos statuit, per quos deus plus operetur coniunctos, quàm seiunctos, vt bona & salutaria constituent. In eorum numerum se locat Bucer, sed quid expectabimus à tali cœtu Choretico? vastitatem ecclesiæ, veritatis suppressionem, & hæresum ac errorum propagationem.

Fol. 29  
Vtrū me-  
lius, le-  
ctio libri,  
uel Conci-  
lium.  
Improbat eos, qui volūt lectione librorum satis cognosci mysteria Christi, vt non opus sit tot impensas ferre in conueniendo. At nō probat hæc Bucer, quia viva vox plus expediat & erudiat, & quia magna est imbecillitas in cognoscendis mysterijs Christi. Quàm procliuè est quamlibet dilucide posita in prauum sensum detorquere. Vah quid audio, etiam cæreus nasus est in scriptis hæreticorum?

Non leue  
agnoscere  
errorem.  
Est hæc ingenij humani labes, inquit Bucer, vt agnoscere errorem suū egre sustineat. Quod si hoc verum est, liquet vos esse maculatissimos, & luto penitus prouolutos, qui tã longe abestis, errores vestros adeo apertos, vt tangi possent, non vultis agnoscere. Ratio in promptu est, cœci estis & duces cœcorum. Vias enim quæritis & colores etiam, vbi videtis vos errasse, vt quã minimū à prioribus erroribus recessisse videamini: vt liquet de libero arbitrio, de bonis operibus, de eucharistia, de peccato originali & similibus.

Fol. 30  
Sæuitum  
in Luther-  
anos.  
Quo minus recõciliatio fiat doctrinæ, obstare nō modicum Ismael existimat, illam immanem crudelitatem, qua in ipsos, tanquàm mortalium omnium maxime impios & noxios  
supra

supra modum defœuitum est. At iuste punitos Lutheristas Fol. 733  
 in Apologia ostendimus, mitius tamẽ sunt tractati Luthe-  
 rani à catholicis, quàm Parabaptistæ à Zuinglianis & Lud-  
 deranis. Vnde & Erasmus vobis Argentorateñ. respondit. Erasmus  
de paraba-  
ptistis.  
 Miris modis vrgent, ne hæretici trucidẽtur, quum ipsi A-  
 nabaptistas capite plectant, qui multo paucioribus articu-  
 lis damnati sunt, & in suo sodalitiõ plurimos habere dicũ-  
 tur, qui à perditissima vita ad emendatissimam se conuerte-  
 rint, vtcunq; delyrent in opinionibus: nec vllas ecclesis aut  
 vrbes occuparunt, nec se fœderibus comunierunt aduersus  
 vim principum, nec quenquam sua ditione aut faculta-  
 tibus eiecerunt. Hæc Erasmus & alibi plura.

Causatur Bucer indefatigabilẽ illam carpendi, morden Nimia  
mordacitas.  
 di & calumniãdi libidinem, at nemo non nouit ita scurri-  
 liter illa per vos facta, vt non sit auditum à seculo: vt facile  
 omnes mimos, histriones, moriões, scurras, parasitas ac gas-  
 ne ones viceritis. Et qd ab omni honesto est alienum, sup-  
 pressis etiam autorum nominibus, infamibus libellis, rith-  
 mis maledicẽtissimis, probrosis dialogis, turpissimis cãtiles-  
 nis, picturis fœdissimis, optimũ quemq; traducere, & infam-  
 mare tentastis. Hoc cine nouum euangeliũ? Hęc cine religio  
 & pietas, quam simulatis & nunq; præstatis? Estne ille zes-  
 lus vester? Estne hic spiritus Christi, an potius cacodæmo-  
 nis, accusatoris fratrum? Est hoc studium vestrum quæren-  
 di Christum & sanctã doctrinam? Expendite th̄i quas pess-  
 mas vias tentastis, nõ vt fiat cõcordia & reconciliatio, quã  
 iam dolose & fraudulenter petitis: non ad honorẽ Christi  
 & animarũ salutem, quã falso iam iactatis: sed solum vt tes-  
 meritati, superbix, & odio vestro satisfaceretis, vt per phas  
 & nephas saltẽ corã rudi vulgo victoriã obtineretis etiam  
 cum læsa cõscientia vestra, cũ interitu animarũ & damnati-  
 one vestra certissima. In tm̄ possedit vos diabolus omni ma-  
 litia & libidine, & antiquũ nostratũ verificatis prouerbiũ:  
 Excus

II. PARS BUCERI

Excucullatus monachus, quicquid audet cogitare, audet facere. Multa bona pollicetur Bucer de conciliabulo suo, ac si de coetu malignantium quicquam boni sperandum sit. Odio habet deus impium & impietates suas: nam cauere satanam non possunt, qui se totos illi dederunt, Christo sponso ac sponsa eius ecclesia relictis, & sede apostolica, hoc est, prepositis ecclesie contemptis.

Perpetuo  
mentitur  
Bucer.

¶ Pollicetur ordine se velle percurrere articulos in Ratisponen. colloquio & conciliatos & non conciliatos, & in quibus vere consensus sit, & in quibus secus, & qua ratione de his consensus statui queat. Audiamus quam integre hoc faciat, quia cum de omnibus se acturum promiserit, dumtaxat agit de tribus. Maiusculos omnes, qui destruunt ecclesiam, omisit: adeo miserum est hoc genus hominum à Romana ecclesia apostatantium, ut perpetuo mentiantur. Vnde non dubito, si mihi responderit, eum acervos mendaciorum ficturum.

SECUNDA PARS FAR  
raginis Bucericæ.

Art. I. de conditione hominis ante lapsum.

Articuli.  
Fol. 33

Aperta ma  
licia Buce  
ri.  
Responde  
si potes.

DE hoc articulo nihil controuersum fuit, ait Bucer, sed addit: quare merito Eckius suam calumniam inter suos compotores continuisset. Hic videmus nostrum pium, solum gloriam dei, tanto zelo concordiam in fide quaerentem. Et quæ est illa calumnia Eckij, quia scripsit: Articulus iste nunquam fuit inter catholicos & diuersarios controuersus: Idem dicit Bucer, quod Eckius, sed Eckij calumnia est Buceris benedictio. Quis non videat excecatum odium apostatæ: Neque hoc mendacio est contentus, sed falso honorem

norem meū denigrat. Inter cōpotores suos ait, qui tam sobrie ac frugaliter domiviuam, & frugalius, quàm ipse cum sua lupa. Quis me vidit compoculatorem, etiam si alacrior sim cum amicis & hospitibus? Tot labores lectionum in scholis, declamationum in populis, tot librorum à me & manu mea editorum, sobrietatem magis testantur. At respexit forsan in patriarcham suum Lutherum, oinophorum profunde pocula, etiam ad æquales haustus exiccantem, non tamen id ei vitio vertam, si solum facit pro more gentis suæ. Fidem ergo gloriosissimo Imp. datam recte seruauit, qui articulum illum non taxarim.

ART. SECVNDVS DE  
libero arbitrio.

**P**Vugnatū ait supra ea re Bucer, forte in somno loquitur. Nihil fuit super ea re pugnatum, vt ex actis Melanchthonis, & Buceri liquet, & nostra Apologia. Petierūt duntaxat additiunculam, quæ non grauatim fuit eis permissa, vt in margine omnium liquet. Et ego in Apologia articulum reliqui inconuulsum: tantummodo declarationem minus sanam restitui. At quid pupugerit Bucerū, non potest dissimulare. Dixi illos iam melius sentire, quàm olim senserint, quando Luther & Carlostadius negauerunt penitus lib. arbitr. & q̄ res esset de solo titulo, & quod haberet se pure passiuæ ad opus bonum, in quo nihil omnino operaretur, & nullam prorsus haberet actiuitatem, vt in disputatione Lipsica efficacissimis autoritatibus & rationibus contrarium euicimus. Pudet Bucerum Lutheranae & Carlstadianæ sententiæ, ideo mendacissime negat vnquam à suis negatum lib. arb. nec rubet, vtcunq; fortiter mentiatur. Non legit assertiones Lutheri in articulis per bullam damnatis, vbi negat esse in potestate nostra, etiam operationes

Error de  
libero ar.  
reuocatus  
per Lutheranos.

H natus

## HAERESSES BUCERI

Lib. arbi.  
negatum  
a Luther  
ro.

naturales operari. Et infra: Non est dubium, fatana magis  
stro, in ecclesiam venisse hoc nomen lib. arbitrium, ad sedu  
cendos homines. Et infra: Male dixi, quod lib. arbit. ante  
gratiam sit res de solo titulo, sed simpliciter debui dicere,  
lib. arb. est figmētum in rebus, seu titulus sine re, quia nulu  
li est in manu cogitare quippiam boni aut mali, quia om  
nia de necessitate absoluta eueniunt. Audis ergo miserande  
Bucer, lib. arbit. aliquando negatum à Luthero, cui subscri  
psit, nedum Carlstadius, sed etiam Melanchthon?

## NOVA HAERESIS BUCERI.

Haereses  
nouae tres  
Buceri.  
Responde  
si potes.

**A**T audiamus nationalis Concilij praesidentem: au  
diamus eum qui synceram doctrinam euangelij sum  
ma pietate restituit. Inquit enim .1. Deus efficit omnia in  
omnibus certo ac infallibili consilio, vt quantum ad  
ipsum attinet, ex necessitate eueniant omnia .2. Nec enim  
fieri potest, vt deus agat alia, quam agit .3. Quia non potest  
quicquam melius agi.

**Rom. 9** Primum est Vuiclephicum, cuius articulus in Concilio  
Constantien. damnatus est, quod omnia de necessitate eue  
niant. Euenirent autem stante illo dicto: quia cum nemo  
possit voluntati diuinæ resistere, si omnia de necessitate eue  
nient. Plus enim influit causa prima, quam quaecunq; cau  
sa secunda. Si ergo prima causa influit necessitatem, causa se  
cunda, quæ est impotentior, non potest influere contingen  
tiam. Et euidenter ostenditur hoc de anima humana, quia  
deus cuilibet homini creat animam, iuxta illud Psalmistæ  
**Psalm. 32** Qui finxit sigillatim corda eorum. Cum autem animæ cre  
entur immediate, & à solo deo, tunc de necessitate crearen  
tur. Non enim possunt habere contingentiam à causa secun  
da, quia nulla creatura potest producere animam intellec  
tuam. Fuisset igitur magna miseria dei, si necessitatus fuisset  
creare animam Esau, Iudæ, Neronis, &c.

Secun:

CONTRA OMNIPOTENTIAM DEI. Fol. 10

Secundum dictum est antiqua hæresis Petri Abelardi & sociorum; fieri nõ posse, vt deus alia agat, quàm agit. Nam de illis inquit magister: Quidam de suo sensu gloriantes, dei potentiam sub mensura coartare conati sunt. Aiunt enim: Non potest deus aliud facere, quàm facit, nec melius facere id quod facit, nec aliud prætermittere de his, quæ facit. Et ad conuincendum illos erroris allegat verba Christi: An putas, quia non possum rogare patrem meum, & exhibebit mihi modo plus quàm 12. legiones angelorum? Ex quibus verbis patenter innuitur, quia poterat filius rogare, quod non rogabat, & pater exhibere, quod non exhibebat. Qua autoritate August. in Enchiridio probat, deũ multa potuisse facere, quæ non fecit. Et in libro de natura & gratia inquit: Dominus suscitauit Lazarũ in corpore: nunquid dicendum est, non potuit suscitare Iudam in mentes? Potuit quidem, sed noluit.

Tertium dictum est blasphemum, & constringit omniam potentiam dei. Cum enim apud deum non sit impossibile omne verbum, deus potuisset meliorem fecisse hominem ex autoritate August. super Gen. Talem potuit deus hominem fecisse, qui nec peccare posset, nec vellet. Nec credo quod Bucer negabit mihi, quin deus posset eum facere meliorem & Lutherum, sicut totum ceterum posset iustificare, qui ex persecutore fecit vas electionis. Cæcum à natiuitate, vt manifestaret in eo gloria dei, Chrs fecit meliorem. s. videntem. Quod negare non potes, quin & alium cæcum posset facere meliorem. s. videntem. Sic quando annus est intemperatus, sunt grandines, aer est infectus, flumini inundaat: lapideus es, si negas deũ posse facere meliorem annũ. Alioqui nõ docuisset illa à deo petenda. Et vt finem faciã, impium & blasphemum est dicere thesaurum omnipotentia & infinita bonitatis dei esse exhaustum, cū & alium mundum posset facere, & illum posset facere meliorem. Scio ad corticem verborum

H ij quos

Deus potest alia facere, quàm facit. Dist. 43. primi.

Matt. 26

August.

Lucæ 2

Augustin.

Deus potest facere res meliores.

Ioan. 9

Reg. 2

HÆRESSES BUCERI

quos fucos posset obtrudere Buceres: redeat, & faciat: non impune feret.

- Hoc solum moneo candidum lectorem, quàm imprudenter colligat Bucer, deum necessario agere, & hominem libera voluntate, ac si voluntas dei non esset liberrima, ac si errasset qui dixit: Omnia quæcunq; voluit fecit: ac si anteq̃ vlla esset causa, deus non liberrime in principio creasset cœlum aut terram. Aut quod tunc libere creasset mundum, iam vero minuta eius libertate, necessario ageret in mundo creato ob causas secundas, quæ omnia sunt absurdissima.
- Fol. 37 Bucer. Non necessitas, sed coactio liberati voluntatis ad uersatur. Hoc dicit ex Apologia Eckij.
- Fol. 34 Bucer. Quæ homo certo nouit sibi bono esse aut fore, ea non potest nõ expetere, nõ cõsectari. Et hoc quoq; falsum est, & contra totam scripturam de Cain, Iudæis, tam sæpe, sed Paulino Theologo (ita vult videri) Paulum obijcio ad 2. Cor. 7. Corinth. Nam qui statuit in corde suo firmus, non habens necessitatem, potestatem aut habes voluntatis suæ, & hoc iudicauit in corde suo, &c. Falsa sunt ergo omnia, q̃ dicit Bucer de hominibus huius mundi, etiã bonis, q̃ non possunt non relicto mûdo venire ad Christum. Et infra: Quo magis necessario venit. Et infra: Cum tãtum, quæ dei sunt, & nihil quod non dei est, velle poterimus, &c. Erronea sunt ista & falsa. Petrus sciuit bonum esse Christum nõ negare, tamen potuit negare, sicut euentus ostendit. Magna cœcitas apostatæ, cum quod deus præstat spiritibus beatis in cœlo, vt non possint peccare, non possint velle, nisi quæ dei sunt, &c. Hæc ipse tribuit in hac lachrymarum valle hominibus adhuc cum Paulo clamantibus: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?

At cum articulus de libero arbitrio sit conciliatus, & nobiscũ cõueniant reiecto Manichæi dogmate, in quo ab initio Luther & Carlstadius inuoluti sorduerunt, adeo vt etiã

Melana



Melanchthonem in suam pertraherent hæresim, qui si iam ex animo resipuit (vt Bucer hanc ei mitigationem tribuit) est quod ex animo gaudeamus: tamen epistolis Carlstadij obtusi sententiam approbavit, & locis communibus primo editis. Nam in secunda editione plæraq; temperavit, scio, non tñ recantavit aut reuocavit priora scripta. Tantū valet apud eū Philautia, vt nolit errorē agnoscere. Quam multi sunt, qui primam habent editionē & errores sequuntur, quia nesciunt Philippum retractasse sententiam in secunda editione?

Fol. 35  
Melanchthon olim in errore Carlstadij

Et vt manifestum fiat Melanchthonem aliquando in Manichæorum hæresi fuisse, adferamus illius ipsius verba ex prima editione locorum communium.

Usurpata vox liberi arbitrij, à diuinis literis, à sensu & iudicio spiritus alienissima, qua videmus sanctos viros non raro offensos esse: additum est e Platonis philosophia vocabulum rationis æque perniciosum.

Pag. 6  
Melanchthonis errata.

Quæquidem oīa quæ eueniunt, iuxta diuinam prædestinationem eueniunt: nulla est nostræ voluntatis libertas.

Pag. 7

Negari non potest iuxta rationem humanam, quin sit in ea libertas quædam externorum operum: contra interni affectus non sunt in potestate nostra.

Pag. 9

Si voluntatem humanam ad prædestinationem referas, nec in internis, nec in externis operibus vlla est libertas.

Pag. 12

Si referas voluntatē ad effectus, nulla plane est libertas, etiam naturæ iudicio.

5

Et cum nullus possit apertius cōuinci de falsitate, quàm quod sibi contradicat, age Bucer, nouæ præsidens reformator morum, cur non vnum verbum respondes ad ea, quæ obieci in Apologia, vbi te ipsum impugnas, tibi non confitas, sed muliebri instabilitate tibi contradicis? Hic præsta virum, si potes, sodes.

Vanissimum est, qd Bucer extra chorū saltat, & disputa-

H in tior

MELANCHT. OLIM CONTRA LIBE. ARBIT.

tionem adfert, ac differentiam de libera agendi voluntate, & libera efficiendi facultate. En sophistam contentiosum & verbosum (nisi crude intelligat, non omnes posse, quod volunt.) Hinc recte dictum sit. Homini non esse liberum arbitrium, hoc est, liberam & non pendentem a dei arbitrio facultatem, quasi quispiam, etiam Oreste furiosior, tam absurda cogitaret, cum vnus passer non cadit in terram sine patre vestro: Ex autore de causis nouimus in scholis, prima causa non agente, secundam non agere. Imo in physicis adolefcens docui, Primam causam plus agere cum producit concurrente causa secunda, quam si ipsa sola produceret.

Matth. 10

Buceri mitigationem in Carlstadianos recipimus. Commodius erat (inquit) dicere, non esse in hominis arbitrio & potestate actiones eius, & euentus earum, quam non habere eum liberum arbitrium, vel non agere libero arbitrio. Scio quomodo hæc coram doctis explicari possint, vt non pugnent, sed quando dicturus est illa laicis suis Lutheristicis & rudi populo, clamabunt sophistam, & verbis illud rem, &c.

Fol. 37

Impertinentem Thomæ & Scoti controuersiam extra aream inducit, quam breuitatis studio prætereo, quod ambo liberum arbitrium asserant. Alioqui non deesset, quo causam Scoti assererem. Et centurio Cornelius inuictum præberet argumentum, at missa facio, dummodo in articulo illo sit concordatum.

Act. 10

ART. III. DE CAUSA  
peccati.

**B**ucer cum non recedat ab articulo Augustæ & Ratiſponæ recepto, crepat tamen inanibus verborum strophis, vt rem alioqui claram & incontrouersam obscuret. Præfatur enim eorum doctrinam hic nunquam à catholico sensu variat, se, egregius scilicet dissimulatur, quæ cum in Apologia recitataue-

Bucer dissimulatur.

tauerim errata in hac materia Melanchthonis, quæ p̄pros-  
pere effudit ab initio, dum voluit esse magister, prius quàm  
fuisset discipulus; quæ dum legerit Bucer, fortiter tñ transi-  
ijt, & Melanchthonem suum reliquit, & officias addit, do-  
ctrinam eorum nunq̄ à catholicorum sensu variasse. In gra-  
tiam Buceri repetam dogmata Melanchthonica.

Certa sententia omnia à deo fieri, non tam bona, quàm Melanch-  
thonis erro-  
rara.  
malariata vt non solum permissiue, sed etiam proprie agat  
mala, vt Davidis homicidium, &c. A deo vt sit eius propri-  
um opus, non minus Iudæ proditio, quàm Pauli vocatio.  
At forte Bucer nondum nouit hoc esse hæreticum. Si non  
dedignaretur legere Gratianum, inueniret 24. q. 3. c. Qui-  
dam autem, Aut si placeret videre in originali, Isidorum le- Isidorus.  
geret lib. 3. ethymologiarum. Qui si forte illi non sunt satis  
graues auctores, legisset Augustinũ de hæresibus ad Quod Augusti.  
vult deum ¶ 66. Legisset Hieronymum super Esaiam, ca. Hierony.  
45. Vnde hæresis confundatur, quæ malorum arbitratur  
conditorem deum, quo cum sunt omnia certissima, non est  
tamen Bucer reueritus lectoris iudicium, cum, inquit, do-  
ctrinam eorum nunquam variasse à catholico sensu. Re-  
sponde Bucer.

ART. IIII. DE PECCATO  
originali.

**A**Rticulus ille est reconciliatus Vuormaciæ, & Ratispo-  
næ mansit incontrouersus. At venena, quæ submiscet  
Cethuræ filius Bucerus, monstremus catholico, ne impin-  
gat. Primo negat cõuenisse Vuormaciæ, nisi inter Mensing  
& Eckium ex vna, Melanchthonem & Bucerũ ex alia. Re-  
cte hoc, obticet tñ uos vtrinq; fuisse deputatos nomine o-  
mnium præsentium. Sed ea lege conuenerat, ait Bucer, vt  
vtriq; ad suos referrent: Fateor factũ, ideo cũ mane renun-  
ciassem Melanchthoni, nostros cõsensisse, respõdit (ist gut,  
es ist dē vnsern auch nit zu vvider) bene est: nec nostris est  
adu-  
aduer-

LV THERI HAERESIS

aduersum. Sed cur hanc Tragœdiam excitat Bucer, cum fateatur suos non contradicturos?

Etsi fateatur hunc articulum conciliatum, tamen non quiescit homo pacis impatiens, & dicit catholicos verba Lutheri eo rapuisse, ac si hoc peccatum vitiatę naturę esset huiusmodi, quod æternę damnationi faceret obnoxium: hoc aut negat de mente fuisse Lutheri & suorum. Cuperem scire, an in gregem suum adscisceret illum indoctum Baccalaureum Nurmbergensium. Hofandrum iniurijs & conuitijs in catholicos bacchantem. Is autem dicit hoc esse capitale, ab-

Hofander  
infantes  
grauat ca-  
pitali pec-  
cato.

ominabile & damnabile peccatum. At forte relinquit Hofandrum Bucerus, sicut nec Melanchthon pro eo voluit ratione reddere Vuormacię. Hinc ægre tulit Melanchthon, quod toties capitalis peccati meminisset, dicens peccatum regnans dici capitale, quod non sit in renatis peccatis. Et tamen hoc posuit Hofander in infami libro suo contra Eckium. Relicto Hofandro in sordibus, suscipiamus Lutherum, quem nominatim excusare nititur, q̄ excusare eum non possit. Nam antea hoc tentauit Melanchthon, sed infeliciter, qui super eo sic scripsit in Apologia. Hic aduersarij flagellant Lutherum, q̄ scripserit peccatũ origenis manere post baptismum. Manifesta calumnia. Semper ita scripsit, quod baptismus tollat reatũ peccati originalis, etiam si materiale (vt isti vocant) peccati semper maneat. At alias osten-

Luder in-  
excusabi-  
lis.  
Eckij obie-  
ctio corã  
Papa &  
cardinali-  
bus.

di illos non vfos calumnia, & Lutherum inexcusabilem. Id quod Reueren. cardinali Egidio Viterbieñ. obieci corã felicis recordationis Leone X. & toto cœtu cardinalium, in doctissimorum virosq̄ præsentia. Sic enim scripsit in resolutionibus conclusionum suarum: Error est, quod peccatum, quo ad formale tollatur: formale autem appellant priuationem gratiæ, materiale aut ipsum fomitem. Reatus autem tantum tollitur, formale autem tantum manet, quantum materiale. Quis hic non videt Luderij apertam sententiam,

tam; peccatū manere in baptisato, quo ad formale, & quo ad materiale. Ideo alibi scripsit; peccatum originale etiam manere post baptismum: Immo alicubi improbat sophistas, quia cogitauerunt peccatum originale post baptismū non esse peccatum in primam tabulam. Sed pudet Lutheranos agnitum etiam errorem reuocare, quia ex superbia nolunt videri victi.

Noua hæresis Lutheri.

Aduerte iam Bucer errata Lutheri, quàm ista congruāt cum istis, quæ hic scribis & Melanchthon in Apologia. Expendite quàm minime conueniant cum formula concordie Vuormaciæ à vobis recepta, quam hic in gratiam lectoris subscribere volui.

Fatemur vnanimi sententia, omnes ab Adam propagatos secundum communem legem nasci cum peccato originali, & ita in ira dei. Est autem peccatum originale carentia iustitiæ originalis debitæ inesse cū concupiscentia. Consentimus etiam in baptismo reatū peccati originalis remitti cum omnibus peccatis, per meritū passionis Christi. Manere autem, non solum apostolicis scripturis, sed ipsa experientia docti sentimus, concupiscentiam, vitium nature, in firmitatem, morbum &c. de quod quidem morbo in renatis inter nos conuenit, quod maneat materiale peccati originis, formali per baptismum sublato. Materiale autem vocamus peccatum, quod sit ex peccato, quod ad peccatum inclinet, quod repugnet legi dei, quemadmodum & Paulus appellat. Ad eandem etiam rationem in scholis compedio dici solet: Manere in baptisato originis peccati materiale, formale vero, quod reatus est, auferri. Concordia ista facta est in presentia reuerendissimi episcopi Attrebatens. & illustris domini à Granuella secretarij Cæsaris, Gerardi, & Cancellarij Saxonie. Ex his clarum est catholicos non fecisse iniuriam Luthero aut Hosandro. Nolo reficere, quæ Bucer cum suis fratribus Zuinglio & Oecolampadio sensit olim: Originale peccatū,

Concordia Vuormaciæ.

Concupiscentia cur peccatum.

Hæresis olim Buceri.

1 prorsus

ECKIUS VVORMACIAE

prorsus non esse peccatum, sed defectum quendam naturæ, sicut esse claudum vel balbutientem: quos Melāchthon satis aperte indicavit Vuormaciæ, dicens in colloquio: Nō existimabamus eo tempore, cum exhiberetur confessio, futuram altercationem de hoc articulo cum his aduersarijs: sed aliorum clamores retundendi erant, qui prorsus tollerant peccatum originis, Zuinglianos denotans. Sufficiat profiratum esse Lutherum, concupiscentiam non esse vere & proprie peccatum, sicut aliud peccatum, quod est contra legem dei. De varia acceptione peccati diximus in Enchiridio, in Homilijs de sacramentis, in confutatione mercedosi libelli Hosandrici.

Noſti, noſti Bucere, cur Lutherani apud Marpurgū nō de nihilo vobis Zuinglianis coram illustrissimo Cattorum principe hunc præſcripserunt articulum de peccato originali, quod prius contrarium scripseratis & docueratis. Et Pomeranus de eucharistia scripsit contra Bucerum. 1529. Hic testis est mihi deus, quā abhorream à dogmate impio Zuinglij, vt ab eo quo facit peccatum originale non damnabile peccatum, sed defectum quendam. De reliquis articulis taceo: illud reticere nequeo, q̄ tu finito colloquio Marpurgi petijſti à Luthero, vt vel iudicaret, vel testimonium suum de eis daret, quæ vos vel docueratis, vel scripseratis nihil variare à conceptis articulis. Vtrunq; denegauit, sed organum illud dei, vt tu Lutherum appellas, tibi respondit, alia habentur in scriptis vestris.

Pro honore Eckij etiam hoc impertinens adiicit Bucer: Iniuriam Eckius Vuormaciæ D. Ambrosio faciebat, cum negaret eam, quæ ex cap. 7. ad Ro. induximus intelligere, vt dicta ab apostolo de seipso. Belle hoc, id est, Bucericæ. Ita dixi Vuormaciæ. Ad Ro. 7. vbi fuit assumptum Paulū de se loqui, super quo non contendo, licet Origenes, Ambrosius, Hylarius, Hieronymus, & si recte memini Paulinus, dis  
uersum

Paulus loquitur in persona alioy. Ro. ma. 7

uerfum sentiant. At Ambrosium non sentire diuersum ostendi ex verbis eius in libro de sacramento regenerationis ex Augustino lib. 2. contra Iulianum citatis. Vide Ecki quod feceris. Semel deprehenderunt te quoque lapsum aduersarium tui, qui toties à viginti quatuor annis obiecisti eis antilogias, contradictiones, errata, lapsus. Caue ne Bucius, qui sero huic militiæ nomen dedit, his cassibus te veterem militem irretierit. At bene spera o Christiane lector, iam conuincam aduersarium calumniose hæc attulisse, addo etiam indocte, ut inuicte ex his notulis perspicias.

Primo, si citando Ambrosium, ei iniuriam feci, dum tamen P. Melanchthon toties hortaretur gregem suum, ut & ipsi dicerent contra Eckium. Hæc enim eius fuerunt verba: Et peto, ut reliqui dñi assidentes in hac parte etiam dicant, si quid velint, & est ecclesiastica consuetudo, ut singuli dicant sententias. Respondi ego: Oportet ut hæc prius expediamus, postea dicant reliqui quantum volent. Et in alio actu Melanchthon: Dixi quantum potui, iam oro, ut etiam audiantur reliqui, qui possunt melius dicere. Aderat autem & Bucerus, imo pro humilitate sua supremum locum occupabat post Melanchthonem, & vice spiritus ei insusurrabat. Ad hæc, cum Melanchthon contra disputationis ritum in scriptis posuerat, quæ contra me diceret, & permisi quidem ei, ut omnes agnoscerent me non querere vanam gloriam, vel memoriæ ostentationem, sed synceram & puram fidei veritatem, & gloriam dei, Bucerus quoque digito ei monstrabat lineatim lectionem. Cum ergo hæc omnia audivisset, & à Melanchthone petitus esset dicere, cur tunc non obiecit, me iniuriatum Ambrosio: aut cur non insusurravit hoc Melanchthoni, sicut alia: aut cur hoc non retulit præsentibus, aut certe posteaquam finem fecit disputandi Melanchthon, cur non attulit: Si alij Lutheranicum commouerunt (erat enim aliorum quoque suggestor internum

ECKIUS  
non depre-  
hensus in  
lapsu.

x  
Cur Buc-  
cer Vuora-  
maciæ non  
contradis-  
xit.

Melanch-  
thon ex  
schæda leo-  
git, non  
disputa-  
uit Vuor-  
maciæ.

Bucerus in-  
susurra-  
bat Mel-  
anchthoni.

cius) cur ei non significauit, cum eratis tam multi contra vnum Eckium? Quod si nolebat facere Vuormaciae, cur nõ fecit Ratisponæ, aut in actis Ratisponen. editis? vbi tamen plurima cõtra me falso finxit. Iam post sesquiennium euomit, quod Vuormaciae oportebat dixisse, neq; inuenisset Eckium vel imparatum, vel inermem, sed respondisset egregie, sicut & modo facturus est.

Lipsiæ ea  
dem pro  
posuit an  
te 23. an  
nos.

Præterea cum eadem dixerim aduersus Carlstadium in disputatione Lipsica 15. Iulij. Anno gratiæ 1519. his verbis: Dico omnia per apostolum adducta me libentissime credere, & propter breuitatem omitto, quàm varie caput istud sit expositum per Origenem, Hieronymum, Augustinum, Ambrosium, Damascenum & S. Paulinum: tamen in præsentia accipio posteriorem sententiam Augustini. Hæc non modo Carlstadius audiuit, sed & totus globus Lutheranorum, qui frequens contra vnum Eckium conuenerat, Langius s. prouincialis, Luther, Melanchthon, Dœlsthuis, Amsfordius, Hessus & alij, qui annis viginti tribus siluerunt, donec Bucerus eis eruditior succenturias eis præstaret: & mirum est, Lutherum tam infensum Eckio tot annis siluisse, si lapsus fuisset.

Quis sensus Pauli Roma. 7

Porro de illa controuersia, an caput 7. Pauli ad Romanos sit accipiendum ex persona Pauli, aut peccatorum, nihil decidi. Dumtaxat ne viderer latibulum quærere, & euasione ad inducta à Melanchthone, nullam sententiã ex illis reieci, sed cum Melanchthon dixit Paulum pro se loqui, ostendi ei, quid potuissem respondere, non quod haberem pro responso. Ideo dixi, super eo non contendo, licet Origenes, Ambrosius &c. diuersum sentiant. At propter Augustinum iam senem verba ista de persona Pauli intelligentem, & hoc quoq; non displicet nobis: tanta erat mihi copia responsionum.

Dedi ergo volens Melanchthoni, quod iure poteram negare,



negare, cum famosior sit sententia, Paulum pro tota natura lapsa, seu destituta fuisse locutum. De Origine & Hieronymo neminem audiui dubitantem. Sic etiam intellexit Irenæus libro 3. contra hæreses cap. 22. Sic intellexit ipse etiam Augustinus libro 83. qq. 66. neq; retractavit, dum eum librum percurreret. Illius sententiæ fuit Chrysostronus quoque super Psal. 121. cuius verba Græca sic reddidit Titelmannus. Videt homo fæneam carnem, casibus plenam, caducam, minus stabilem, & exclamat rugiens à gemitu cordis dicens: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Consentit his Damascenus lib. 4. cap. 23. Mens est etiam Athanasij seu Theophylacti, dum inquit: Hic enim per hæc præ tendit apostolus, quæ vel antea dixit, vel dicturus deinceps est, vt arguat humanam naturam insanabilia quædam fuisse perpeffam. S. Paulinum in vtraq; disputatione citauimus, qui ita ait epistola secunda ad Seuerum Sulpitium presbyterum Turoneñ. Et recognosco, quoniam beatus ille vir mea potius infelicitate vritur, & de mea affectione pro me dolens clamat: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Sic accepit hæc verba Haimo dicens. Infelix ego homo &c. Ex persona generis humani loquitur, vel ex persona illorum, qui recedunt à peccatis. Sic explicat Bruno. Nota quoniam Paulus figuratiue sub persona sua de omnibus loquitur, assumens sibi personam, nunc ante legem, nunc in lege. Ita diuus Thomas Aquinas, Nicolaus de Lyra, Hugo Carrensis fatentur. Et vt nouissimos adferam, nonne hoc testatur Erasmus, qui primus fuit à deo excitatus pro restituenda sincera doctrina: Is ait: Et addit ex hoc corpore, qd in se sumpserit personam hominis sentientis huiusmodi affectus, quandoquidem hæc est velut vna clavis ad intelligentiam Pauli, si quis animaduertat mutationem personarum, de quibus & ad quas loquitur.

Origenes.  
Hierony.  
Irenæus.  
Augusti.  
Chrysostronus.

Damascenus.  
Theophylactus.

Paulinus.

Haimo.  
Bruno.

S. Thomas.  
Lyra.  
Hugo.  
Erasmus

Stapulens  
sis.

At vis forte tuæ farinae hominem accipe confratrem tuum Stapulensem, quem latentem Argentorati in Zuinglianum detrusisti. Is sic ait: Paulus in se figurat carnalem hominem & infirmitatem carnis sentientem, cum minime talis esset, sed secundum spiritum prorsus viuens: sed infirmis transfiguratur se infirmum. Hæc prolixius induxi, ut apertissime intelligat catholicus lector, quomodo gnauiter & docte potuissem declinare Melanchthonis assumptionem: malui tamen cum eo conferere manus, & in aperto cõgredi, quàm occlusa illi argumētandi via declinare assumptum. Ita omnino nihil timui forti animo illius rationibus occurrere.

Coguntur  
Lutherani  
sententiã  
Origenis  
sequi.

Et ne hiscere possit aut mutire quicquam contra, seu Bucer, seu quiuis alius, aio: Etiam si omnia de Melanchthoni, permittam Bucero, quæ voluerit, diuersam sequatur sententiam: Tamen ex hoc ipso euidenter Origenis probatur sententia, sequaris quem volueris. Quod manifeste ita cõuinco, quoniam Augustinus adducens illud capitulum Pauli ad Romanos, etiam si testetur Paulum loqui & exclamare in sua persona, non tamen ibi quiescit, sed ex illo textu vult probare in vniuersum, homines habere fomitem, legem carnis, tyrannum, & ita Lutherani omnes illo textu vtuntur, & ita adducunt, ut non in solo Paulo, sed in omnibus hominibus fit fomes, concupiscentia malorum, natura viciata, caro oppugnatrix, lex contraria bono in membris, inobedientia carnis, miseria corporis mortis huius. Quæ omnia non possent hominibus accommodari, nisi Paulus non solum de seipso, sed omnibus hominibus vetustatem ab Adam contrahentibus, in hoc capitulo fuisset locutus.

Respon-  
deo ad  
Ambrosiũ

Ridebit scio Bucer cum hæc legerit, & tacitus cogitabit: Etiam si plures adduceret sententiæ Origenicæ ad stipulatores, nondum tamen se excusauit à vicio per me ei opposito, quod iniuriam fecit Ambrosio, qui diuersum statuat libro de sacramen

facramento generationis. Noli arbitrari, me vel esse tā im-  
 prudentem, vel tam immemorem, qđ ab initio potui res-  
 spondere iā adfero. Nā de Ambrosii libro citato nihil ha-  
 bemus, nisi petias apud August. Non potuit aut Bucero ue-  
 nire in mentē, sicut Aug. in hac re diuersum sensit in li. 33.  
 qq. ab eo, qđ differit cōtra Iulian. ita & Ambros. in alio li-  
 bro potuit diuersum sentire ab eo, qđ de baptismo scripsisse  
 se narratur. Ingrediamur libros Ambrosii qđs habemus, &  
 locum ordinariū sup 7. cap. ad Rom. & inueniemus eū per-  
 petuo textū interpretari de toto genere humano. Ideo me-  
 minit hoīs ante legē & post legē de lege hōi data, de odio  
 diaboli erga hoēm, & vsq; ad Adā extenderit. Plus peccati  
 fuisse post legē, q̄ ante legē, robur diuinæ sentētię in Adam  
 data. Et inter alia ait Ambros. Apostolus vt dei gratiā refe-  
 rat, hęc exponit de quantis malis hoēm liberauerit, vt q̄ ex-  
 itia ex Adā trahit, quæ vero beneficia per Christū consecu-  
 tus est. Hoc aut ad omnes hoīes pertinet, nō solum ad Pau-  
 lum. Testatur hoc Ambros. ad finē capituli, & inter alia in-  
 quit: Si homo in eo qđ factus est perdurasset, nō esset potes-  
 tas inimico ad carnē eius accedere, & animæ contraria sus-  
 urrare. Vt aut totus homo minime reparatus fuisset Chri-  
 sti gratia ad statum pristinum, sententia obstitit data in A-  
 dam. Quis modo est tam hebes, aut tam stupidus, qui nes-  
 gat Ambrosium hęc retulisse non ad solam personam Pau-  
 li, sed ad totum genus humanum. Ideo Vuormacię non fe-  
 ei iniuriam Ambrosio, qđ eum Origeni, Hieronymo, Paus-  
 lino in hac sententia connumerari, sed Buceri mihi calums-  
 niam maliciose struxit.

Ambrosi-  
 us consen-  
 tit Origeni.

Bucer recte adfert Augustinū, qua ratione cōcupiscētia  
 vocat p̄c̄m, nō utiq; quia peccatū est, sed quia peccato facta  
 est, sicut scriptura manus cuiusq; dicitur, cōtra duas episto-  
 las ad Bonifaciū, c. 13. & de nuptijs li. 1. ca. 13. Illa frāgūt cap.  
 Buceri & complicū, vt deduximus in disputatiōe Lipsica,  
 Vuor.

Augusti.

CONCUPISCENTIA QUATENUS PECCATUM

Vuormaciēsi, nisi in Homilijs &c. Sic recte Augustinus ad Iulianum dixit, concupiscentiam dici peccatum, quia fit à peccato, & inclinatur ad peccatum, & sic est causa peccati, ut supra & in Apologia diximus.

Fol. 41

Concupiscentia quomodo peccatum.

Luther & Melancthon corruerunt Augustinum.

Figurate loquitur scriptura.

August.

At demiror hominis impudentiam, quod cum Vuormaciæ clare ostenderim prophetis, apostolicis, imo Christi verbis & sanctorum patrum, quomodo concupiscentia in renatis sit vere peccatum & proprie: sed in renatis non esse peccatum, nisi sicut Augustinus exponit, quia est à peccato facta, & inclinatur ad peccatum, & est pœna peccati. Vuormaciæ etiam ostendi, quàm false & corrupte Luther citaverit Augustinum, quem in hoc falso etiam secutus sit Melancthon. Peccatum remittitur in baptismo, non ut non sit, sed ut non imputetur. Nisi sic, inquit Augustinus, sed concupiscentia, inquit, remittitur, non ut non sit, &c. Tunc quoque clare mentem exposui S. Augustini, quatenus concupiscentia dicatur peccatum in renatis, sicut scriptura manus &c. quo non proprie dicitur, sed effectus accipitur pro causa per antonymiam, & ita figurata est Pauli locutio hic, non propria. At insurgit Aloysius, quis potest hoc ferre, ut dicamus Paulum non proprie locutum, dum malum illud carnis, peccatum vocauerit? At ego ei dico, quis potest ferre, ut neget Paulum figurate locutum? cum tota Biblia plena sit tropis & figuris, ut qui hæc ignoret, sacram scripturam non possit commode tractare, Augustino docente lib. 3. de doctrina Christiana. c. 16. & 29. Quid enim sentiet sine tropis legens, ligna dixerunt oliuæ, impera nobis. Iud. 9. Et ut in illa ipsa dictione, in illo ipso apostolo exemplum habeamus, quis sine tropo intelliget. Eum qui non nouerat peccatum, pro nobis fecit peccatum 2. Cor. 5. An & hoc proprie dixit Paulus, Christum factum peccatum? quod aures piæ ferre non possent. Ita de singulis parabolis euangelicis oportet te dicere, cum Christus illis sine parabolis nihil loquebatur,

tur, Marci. 4. Et clare testatur Augustinus, concupiscentiam hic dici peccatum, sicut scripturam manum. Et infra fatetur Bucer, Christum dici peccatum per Metonymiam, quam cur hic non fatetur obediens Augustino? Non ergo vanum est, quod Eckius Vuormaciæ de Augustino dixit, sed vanissimus est apostata, qui Augustinum seipsum exponentem alio torquet. Et cum in concordia Vuormaciæ dicant reatum non manere in puero post baptismum, cur non credit Augustino dicenti: Non esse peccatum idem esse, quod reatum peccati nõ habere? Faciunt omnia Vuormaciæ adducta, q̄ per baptismum plena fiat peccatorum remissio. Et ideo non est proprie peccatum illud in nobis, quàm diu viuimus, sed figurate, vt Augustinus docuit: quomodo & Ambrosius & Hylarius ab Augustino inducti intelliguntur. Vanissime ergo iactat Bucer suos solum addicere, quod scripturæ, quod apostoli & patres dixerunt: at satis declaratum quomodo illos lacerant.

Impudentius mentitur Bucer de hoc malo fuisse altum silentium in ecclesia, quasi non omnes Homiliarij pleni sint, & sermones, B. Busti, Pomerius, Vvann & c. Et Argentoraten. tuis quàm fideliter tot annis prædicauit Iohan. Kaiser, spergius vir & eruditione & sanctimonia insignis: cuius admirabilis viri, noui vos seductores & prædicatores non estis digni corrigiam calciamentorum soluere. Is tam multa prædicauit contra tentationes carnis, contra fomitem, contra connatam carnis concupiscentiam, & magna quidem consolatione Gersonem imitatus, & de primis motib. quatenus peccata dici possint. Et apostata ille, qui pro deuotione sua raro sermones adiit, clamat magnum fuisse super ea re silentium: Cum sententiarj tot scripserint de morbo concupiscentiæ in secūdo dis. 32. & in tertio dis. 3. Et vnus solus Bernardus sufficeret eum mendacij conuincere, tot scripsit & declamauit contra carnes illecebras & tentationes,

Ante Lutheri prædicatū de fomite. Kaiser spergius.

Bernardus.

K nes,

BUCER LIBRVM ASSERIT

nes, contra fomitem, & innatum concupiscentiæ malum. Verum toties apertissime conuicti eos mendacij, at non rubent: quia cum tot seculis à Christo passo hæc docuerunt Theologi, vt vnum Thomam Aquinatem omnibus Lutheristis obijciamus, iactat tamen mendaciter suum patriarcham Luddeæ diligentius explicasse, q̄ ante aliquot seculis fit factum. Et hoc, vt homines ad solidam pœnitentiã adduceret. O latrones, nec actualia peccata enormia cõfitemini, & iactatis vos adducere homines in conuictis illis vicijs & primis motibus ad confessionem!

Quod denuo iactat Vuormacieñ. concordiam, eam supra posuimus nobis non aduersari, sed quæ Luther & Melanchthon de formali peccati originalis post baptismum remanente tam contentiose asseruerunt, ceciderunt, sublata sunt, reprobata sunt.

Quod ultra colloquium adiecerunt in hoc articulo Lutherani, in tenebris fecerunt, quod principibus catholicis non fuit propositum, nec colloquentibus.

Et ne Bucer nõ sit semp sibi similis, annectit aliud falsum, libe in explicatione huius articuli nihil habere, q̄d nõ contineatur in ijs ipsis verbis, de q̄bus Vuormaciæ cõuenit. At illud à vero esse alienũ, videt catholicus lector, dũ adnotationes nostras legit in Apologia super eodem articulo.

DIGRESSIO BVCI CONTRA PIGHIUM.

**R**elicto Eckio, nouus Hercules cū D. Alberto Pighio congregitur, & acerbe proscindit à folio 45. vsq; ad folium 117. Nolo me committere huic dissidio, q̄ Pighius habeat cruditionem & calamum, habet etiam ætatem, pro se respondeat: licet duo omnino falsa assumat Bucerus. Expecto super his acre Pighij iudicium. Si autem ad illa tacuerit, conscientia urgente ego silere non possum.

CONTRA ADNOTATIONES ECKII  
insania Buceri,

Exro

Fol. 39.  
& seq.

**E**X recenti cōflictu Pighij redit Bucius adhuc incēsus, Vidit se minus Herculee fecisse, q̄d Ecki ū adhuc inuisctum & insuperabilē reliquerit. Vnde auctori libri succursurus, adnotationes meas in librū dente Theonino arrodit, sed dentes peccatoris conteramus. Primo enim pro more scholæ suæ rem conuicijs agit, quia allata per Eckium sint impia, sophistica, & indigna responsione. Ita nouum Euangeliū suos nouos habet Lucianos & Momos, vt non solum blasphemijs, gula & luxuria valeant, sed etiam maledicentia. At Zoili istius excucullati conuicia muliebria contemnenda sunt, non eis respondendum.

Primo oīm cū dixerim, articulū illum Vuormaciæ concordatum, quantumcunq; autē impudēs sit ad mētiendū, non tamen audet negare, sed à me dicit hic repetitum per calumniam, de quo supra diximus veritatem.

Primo autem librum improbauī, quia dicat iustitiā originalem includere gratiam, cum August. Gregorius, magister & cœtus doctorum neget Adam creatum in gratia. Resistit Bucer, quia citem farraginem qq. noui & veteris testamenti, quæ non sit Augustini. Secundo, argumentum illius confarcinatoris improbat, quia spiritus sanctus datus sit patribus, etiam ante Christum. Psal. 50. Tertio, si Adam non habuit donum cognitionis & amoris dei, quomodo fuit dictus rectus?

Adam nō  
creatus in  
gratia.

At inania ac indoctatela repellimus. Primo liber iste Augustini à quingētis annis habitus est à patribus & doctoribus, nec vllam causam adfert apostata, cur liber iste non sit Augustini. At illi nouicij adimūt autoribus libros, & libris autores, sicut epistolam Iacobo, apocalypsim Ioanni &c. vt Alogiani heretici, quorū meminit Aug. Secūdo non solum citauī Aug. ex illo opere, sed etiā ex Enchiridio cap. 107. Et Gregor. super Ezech. 28, vt in Apologia. Hic responde Bucer, vbi autores sunt certi.

K ij Porro

AB ECKIO DE ORIGINALI.

Porro confutat rationem ab autore, vt ei imponit, pro principali inductam, cuius ego in additionibus non memini, ideoq; præter artem disputandi in me torquet illam rationem.

1. Cor. 15. Tertio est falsarius, et corrumpit verba Augustini, quia illa ratio non assignatur in Augustino, sed solum contendit primum Adam terrenum factum in animam viuente. Secundus autem Adam cœlestis sit factus in spiritum viuificantem, & asserit multo plus gratiæ deum concessisse homini tempore saluatoris, quàm acceperat Adam. Euocat testem irrefragabilem Iohalem. In nouissimis diebus effundam de spiritu meo super omnem carnem. Et repetijt S. Petrus in primo sermone suo, ostendens tunc primum impletam prophetiam. Citat Paulum: Apparuit benignitas & humanitas saluatoris nostri &c. per spiritum sanctum, quem effudit in nos abunde, & quæ sequuntur.

Et ad mendacia sacrilega natus apostata adfert, autorem præfati libri negare spiritum sanctum patribus datum. Hic iaces Bucere, cum expressa sint verba autoris in quæstione illa. Cum prophetis ergo & iustis viris sanctum fuisse spiritum, non est ambiguum. Quid ergo calumnia ris apostata, autori imponens ac si negasset, quod tamen ipse dicit non fuisse ambiguum? Quid cogitant precor omnis um nationum viri doctissimi, quum hæc legerint? Quàm stulti sunt Germani, qui patiuntur se decipi per excucullatum monachum, qui tam aperte mentitur, & autores citat, qui ex diametro oppositum dicant illius, quod ipse vocat. O miseri & cœci Germani, scientes vultis decipi & seduci.

Responde  
Bucer si  
potes:  
Responde  
re Luthe-  
rani oēs.

Pari modo infantissime argutatur: Primus homo fuit creatus rectus: ergo fuit creatus in gratia, quasi per iustitiam originalem non fuerit rectus. Spuma est magni mendacij, cum dicit nullum catholicum negasse Adam in amore dei



re dei creatum, cum præter Augustinum & Gregoriū, atq; Petrum Longobardū citauerim viginti doctores, qui hoc negauerunt. Infamis est, si illos omnes negat fuisse catholicos. Vade Bucer & inter tuos nonnos & nonnas, sacerdotes Cybeles, iacta apocryphis, & libris falso inscriptis, oppugnari regnum satanæ & Antichristi.

Bucer nō  
uidit doctores.  
Fol. 39

Cum autor tribuisset pueris incredulitatem & inobedientiam, dixi hoc esse Melanchthonicum, alienum à patribus, grauare infantem tam grauibus peccatis actualibus. Auget Bucer in pueris esse difficultatem, imo impossibilitatem credendi & obediendi, quia sint inimici dei. Interea nihil respondet ad mea obiecta, contentus suas tyrannides euomere. Augustinum citat, qui ignorantia dicit ex vitio originis, & scriptura appellet delictum. At omnes catholici dicimus originale esse peccatum & delictum in puero non renato, quod damnat puerum. Peccatum autem originale non est formaliter ignorantia, sed ignorantia est de quatuor sequelis peccati originalis, etiam in puero baptisato: quia adhuc baptisatus habet fomitem, passiones naturales seu infirmitatem, & necessitatem moriendi, vt Beda habet ex Augustino, & omnes iuniores sequuntur. Sic Augustinus inquit ad Valent. Ignorantia in his, quæ sciri non poterunt, pœna peccati est. Ideo recte Bonauentura & alij patres distinguunt duplicem ignorantiam, pœnam s. & culpam. Secunda non manet in tincto, sed quia illa confundunt Melanchthon & Bucer, non mirum qd errant, vt est apud magistrum Hugonem de S. Victore.

August.

Quatuor  
sequelæ  
peccati ori-  
ginalis.

Beda.

August.

Bonauent.

Psal. 24

Et hoc improbaui in libro, qd citat Ro. 3. 5. & Gal. 3. Nihil potest dicere ad nostra Bucer, sed quærit: Vnde est quod omnes destituuntur gloria dei? Respondeo, per peccatum originale, quod inest, vel infuit, vt manifestissime patet in Iudæis, qui peccatum originale per circumcisionem deleuerant. Ostentator dicit, omnes nascuntur filij τῆς ἀπειθείας.

Inobedi-  
tiæ.

K in Scimus

BUCERI ERRATA

Roma. 5 Scimus hoc, sed vt Paulus inquit, per inobedientiam vnus  
us s. Adæ. Nullibi premit S. Paulus infantes, vt ipsi per inobedientiam peccauerint, sicut Lutherani eos grauant.

Improbauit merito dictū: Concupiscētia non potest non prodire in omne genus peccati actualis. At Bucer nihil respondet ad mea inducta, solum verborum ambagibus ludit, tamen libenter Eckiū culparet sibi contradicentē, propter doctrinā ex Augustino allatā li. 2. confessionū, & imponit mihi, q̄ fatear malū hoc in non renatis erumpere in omne peccatū. At hoc non dixit Eckius, sed Bucer hoc in eum finxit. Nam primo adieci hanc pertinere ad adultos, non ad infantes. Secundo longe diuersa sunt illa: Concupiscētia nō potest nō prodire in omne genus peccati in non renatis, q̄d improbauit, et q̄d quilibet nisi p̄seruaretur à deo, faceret omnia mala, quæ ab eo fieri possent. Nullus, n. catholicorū ambigit Iudam, Herodem, Neronem &c. potuisse fecisse plura & maiora peccata, si deus eis permisisset.

Monui lectorē, in primo exēplari libri p̄nitendū errorē fuisse sublatū me monente. Bucer p̄ furia sua dicit hoc falsum, sed non probat: Quia nihil habeat liber, quā q̄d legitur in eo, quē Eckius euulgauit pulchre. Primo non euulgauit librū, cuius non habui exēplar, sed Buceri et Melāthonis (heu miserē me) coactus fui sequi exēplaria, etiamsi certo scirē, quā temere exēplaria corrūpuntur. Sed primū exēplar, quod legi apud illustrem D. à Granuella, & prius apud sancti palatij magistrū, hoc habebat erratū & multa alia: sed non habui copiā illius exēplaris, sicut veraciter scripsi, quod in consilio senatus Imperij lectum est. Postq̄ enim pro libito librum in colloquio mutarunt, & sic mutatū diuo Imp. reddiderunt, ego mutatum illum librum non vidi, neq̄ in eum consensi, vt illa in Apologia prosequor.

ECKIUS  
non habu  
it exēplar  
mutatum.  
Fol. 152

Roma. 9 Attulit pro peccato originali autor libri illud Pauli: Cū nondum nati essent. Improbauit, quia nemo veterū vel recētiorum

tiorum intellexerit de peccato originali. Resistit Bucer, quia August. sic intellexit epistola 27. ad Hiero. Vidi illam epistolam, non verbum habet super ea re, nec etiam alia eius epistola ad Hier. Recte alleget, & respondebo ei, neque est mihi credibile, Augu. virum tam acutum dixisse ea, quae imponit ei apostata. Cum. n. nondum nati essent nec actuale, nec originale peccatum habuerunt. Tractat hunc locum August. li. 1. q. 2. ad Simplicium, sed nihil confert Bucero.

Argui autorē libri, quod truncate citauerit Paulum: Regnauit mors ab Adā, etiam in eos, qui non peccauerunt, quia sic, Roma. 5 omittendo similitudinē p̄uaricationis Adā, Paulus sibi ipsi contradiceret. Sed ait Bucer esse hunc morē scriptorū, fateor si propter omissum autor sibi non contradiceret, vt hic. Sed ex mera charitate praesidens concilij apostata addit, atrum dentem in Erasmus figit. Cum. n. autorib. Cyrillo, Chrysofomo, Irenaeo, Augustino, Hieronymo & Theo- Hiero. August. phylacto textus sit negative legendus, recessi ab Erasmo affirmatiue legente. Hic est ater dens Eckij, de quo conqueritur Ismael. Cur non accusat suos nigerrimos dentes, quoniam recedit a doctoribus ecclesiae, a Concilijs, & a tota ecclesia? An existimauit Bucius, relinquendos heroes & duces Euāgelicae doctrinae iam nominatos, aut non potius relinquendū Erasmodū? Sed quia nihil habuit, quod pro libro, aut contra me diceret, sola carpēdi libidine ista euomuit temere apostata.

Autor libri negat in peccatore imaginem dei, & abusus est noīe vestigij pro imagine, cum illa sint in Theologia diuersa, eoq; improbauī. Bucer vno collyrio vtriq; morbo medetur, affertq; aliquos patres loqui de imagine, vt dicit rationē rectā, iusticia ornatā. Ita labūtur inexercitati in rebus Theologicis, quas deserūt Ludderani errorib. occupati, contra ecclesiam & ecclesiae sacramēta. Alioq; nouisset aliquā esse imaginē formatā, de qua Psalmus: Imaginē ipsorū ad nihil rediges. Hęc in p̄ctōre remanet. De vestigio nescit quicquā Psal. 73 responde-

respondere, quia est puerilis lapsus.

70

Nota hæ-  
resis Buce-  
ri.

Roma. 5  
Error ma-  
gistri.

1. Cor. 1.

Improbavi autorem libri, qui dicat per baptismum nos reformari ad iusticiam inchoatam, quia hoc est Melancthonem; Quia puer habeat perfectam iusticiam in suo genere &c. Irascitur Bucius, quod attigi idolum suum Melancthonem, & hoc reijcit de iusticia, quia puer non habeat propriam inhaerentem iusticiam. Hic est novus error hæreticorum negantium gratiam inhaerentem in anima pueri vel hominis iustificati. Cum enim in re idem sit gratia & charitas infusa, quæ facit animam iustam & gratam deo, quæ quia est virtus Theologica à deo infusa, donum spiritus sancti, realiter inhaeret animæ, quia charitas est diffusa in cordibus nostris, ait Paulus, per spiritum sanctum &c. Nã magister sententiarum, quia negavit charitatem creatam animæ haerentem, reijcitur: hunc tamen errorem, sicut alias hæreses nostri pseudapostoli resuscitant. Et tamen multo absurdius hoc faciunt, quàm magister, qui posuit spiritum sanctum esse charitatem, qua formaliter diligemus deum & proximum (non me extendo quid Scotus, Arimineus et alij acuti hic dicant.) Nouelli autem hæretici nouum inducunt errorem, iustitiam vel charitatem nostram non esse spiritum sanctum, sed Christum ipsum, qui sit iustitia formaliter, error absurdissimus, quod Petrus dicatur iustus à iustitia, quæ sit in alio. At quia respuunt Dialecticam, incidunt in baratram tantæ ignorantie. Nam iustum esse, charitatem esse, sunt denominatiua, & secundum eorum abstracta habent appellationem. Ergo à iustitia formaliter quis denominatur iustus. Hanc hæresim pluribus fucis tegere nititur infra Bucer, at Pighius eum strangulabit. Occasionem autem erroris acceperunt ex scripturis sacris non recte intellectis, ut omnes hæretici fecerunt, Hieronymo & Augustino testibus. Cũ, n. Paulus Corinthiis inquit: Qui factus est nobis sapietia, & iusticia, & sanctificatio nostra, ita desipuerunt, ut dicerent  
Christum

Christum esse iustitiam nostram, non propriam & inheren-  
tem, sed imputatam, quia iustitia Christi imputetur nobis  
Hoc quidem Melancthonice, nullis ex sanctis patribus in  
istum modum loquendi habentibus. At si Christus est iusti-  
tia nostra imputata, ergo erit & sapientia nostra solum im-  
putata, & nullus Christianorum esset vere formaliter sapiens.  
Ita & Christus esset sanctificatio nostra imputata, & nul-  
lus ex Christianis esset vere & proprie sanctus per sanctita-  
tem inherentem, quae omnia sunt falsissima & absurdissima.  
Rectius ergo dicunt catholici doctores, Christum esse  
iustitiam nostram effectiue seu causaliter, quia effecit in no-  
bis iustitiam: Vel meritorie, quia Christus per passionem  
& mortem meruit nobis iustitiam, sapientiam, redemptio-  
nem nostram. A deo quod nulla omnino esset in omnibus  
hominibus iustitia, si Christus non reconciliasset nos pa-  
tri. Sic etiam est resurrectio nostra, quia est causa redemptio-  
nis nostrae, & meruit nobis redemptionem & vitam aeter-  
nam. Verum est, ad literam Paulus docuit, quomodo Chri-  
stus suppleat defectus praedicatorum: at illa non prosequi-  
mur, sed Buceri calumnias, facit enim more haereticorum,  
quibus cum verum dicitur, cui respondere non possunt,  
rodunt murmura salebrosa, ait Augustinus contra Dona-  
tistas.

Christus  
iusticia nos-  
tra.

Lib. 2. ca. 7

Locum Augustini in libro citatum ostendi non vrgere,  
cum alio tetenderit Iulianus, & Augustinus in genere con-  
tra eum assumat, quae etiam ad actualia peccata se extendunt.  
Maledicus ita assumit, ac si noluerim adducendum Augu-  
stinum, ubi contra haereticos agat. At hoc non habet Eckius,  
sed apostata attulit ex ulcere cordis sui. Redit ad concupis-  
centiam, an sit peccatum. Et nescio, an sit maior malicia vel  
superbia: quia cum fateantur nobiscum in baptismo remitti  
omnia peccata, fatentur nobiscum Augustinum voluisse concu-  
piscientiam in peccato remitti, ut non sit peccatum: fatentur

11

Buceri ma-  
licia.

L nobis



## CONCUPISCENTIA NON PECCATVM

nobiscum concupiscentiam in renatis, si ei non consentia-  
tur non esse peccatum, quod faciat reum condemnationis,  
sicut facit peccatum vere & proprie acceptum. At quia Luth-  
therani semel errauerunt, in puero manere peccatum post  
baptismum, mordicus tenent illum errorem, aliam à sacris  
literis vsurpationem peccati ingerentes, & ab eorum laicis  
nunq̄ intellectam. Nam quis audit in vulgari vestro dici,  
Sund, peccatum, nonne statim cogitat aliquid odio habitū  
à deo, & cui debeatur pœna ignis, si non deleatur per pœni-  
tentiam? Ipsi vero fingunt ex insania capitis sui novos con-  
ceptus peccati, à veritate & sacris literis & patribus alienos,  
vt fuco quodam retineant pœnā post baptismum manere,  
& vt sint impudentiores, dicunt esse vere & proprie pœnā  
sed his tenebris obscurāt, quia non imputetur. Est ergo du-  
plex proprie pœnā apud eos, scilicet quod imputetur, & qd  
non imputetur. Iam quia clauam tuli de manu Herculis  
Vuormaciæ, quod prophetis ac apostolicis scripturis, &  
sanctorum patrum testimonijs obtinui, nullum prorsus  
peccatum proprie manere in puero baptisato, ne videan-  
tur victi, & fiant confusi, adhuc obstinate dicunt remanens  
proprie esse peccatum: at non sic intelligendum proprie,  
quod damnet, sed sit iniquitas, & ideo peccatum, non pro-  
priae voluntatis, sed vitij. His excogitatis vanissimis delu-  
sionibus in hæresi obstinati perseuerant, esse proprie peccatum  
in puero.

Concupis-  
centia pec-  
catum des-  
letur in ba-  
ptismo.

Victi Luth-  
therani  
Vuormas-  
ciæ.

Peccator  
quis in scri-  
ptura.

At tota scriptura reclamat, quia peccatum proprie est et  
peccator, quem altissimus odio habet. Ecc̄i 12. & quod Da-  
uid dixit: Iniquos odio habui, Psal. 118. Peccata sunt quæ di-  
uidunt inter nos & deum & absconderunt faciem dei à no-  
bis, vt non exaudiat nos, Isa. 59. peccata sunt quæ responde-  
runt nobis, peccare & mentiri contra dominum: peccata q̄  
prohibuerunt bonum nobis, Hier. 5. Et quæ deus vlcisci-  
tur in nobis, Iudith 7. Et propter quæ facit regnare hypo-  
critas

critam, Iob 34. In baptisato non sunt huiusmodi peccata, propter quæ dicit: Odisti omnes, qui operantur iniquitatem, Psal. 5. Neq; sunt de quibus, ait Isa. 1. Cõteret scelestos & peccatores simul. Et quod Sapiens dicit: Qui seminat iniquitatem, metet mala, Prou. 22. Et alius: Execrabilis omnis iniquitas gentium, Ecc̃i 10. Non em̃ est in puero baptisato iniquitas, quæ grauet eum & faciat eum corruere, qui non adiciat, vt resurgat, Isa. 24. Neq; illa, de qua Ezechiel: Impius in iniquitate sua morietur, Ezech. 3. Ergo quia deus odit peccatum, peccatores sunt inimici dei, peccata diuidunt inter nos & deum, & peccatores peribunt, peccata abscondunt nobis faciem dei, peccatores perdet deus, & persequitur eos malum, &c. Huiusmodi enim peccatum non est in puero baptisato, de quo omnis scriptura loquitur, & hoc est proprie peccatum. Paulus aut figuratiue appellauit peccatum, Rom. 7. vt supra exposuimus verbis Augustini.

Malicia  
peccati.

Et tam potens est veritas, vt etiam hostis omnis veritatis Bucer cogatur hoc fateri, & sibi ipsi contradicere.

Nam contra Pighium postquam recensuit verba Augustini, quibus negat omnino remanens post baptismum non esse peccatum, subdit Bucius, Ex eo vero, quod D. Augustinus vt hic, ita etiam in plerisque alijs locis dicit, concupiscentiam in baptisato nõ esse peccatum, pugna illa aliorum contra nos exorta est, &c. Sed nos dicimus malum in sanctis relictum, in se quidem peccatum esse, non autem reatum apud deum. Cumq; Augustinus negat hoc malum peccatum esse, tantum eo modo negat, quo facit reum: & cum peccati nomine intelligitur, quod propria voluntate admissum sit. Expende catholice lector, quomodo adhuc distinguit de peccato, & quomodo asserit proprie esse peccatum sine reatu, quod tamen manifestam implicat contradictionem. Ita perpetuo sibi ipsi dissentit Bucius, & bonis omnibus.

Fol. 98  
Bucer sel  
plum deo  
struit.

August.

L ij Impros

## LYTHERANI CONSENSERVNT NON

<sup>72</sup> *Nulla uio  
lencia ad  
peccandis.* Improbauit in libro etiam illud: Concupiscentia post se  
violenter corripit impium. Nam nulla fit violentia peccan-  
ti. Instat Bucius: Paulus dixit se facere, quod nollet. Suffocatus  
est apostata in calumnijs & maledicentia, ut non viderit hoc  
a me motum in Apologia, & responsum: quia nec Paulus,  
nec vlla scriptura inquit, hominem violenter corripit in malum.  
*Cyprian.* Sed Cyprianum citat: Renatos violentia huius ingeni ma-  
li ad peccatum cogi & compelli. Peto locum Cypriani, magis  
enim arbitror a te fictum, quam a sancto martyre scriptum.  
Nam etsi alicubi dicat, spiritum captiuum exhibere cliente  
tam affectibus carnis, mox tamen subiungit: Ipsi datum est  
arbitrium & iudicium & scientia & potentia, per quae pos-  
sit improbare malum & eligere bonum.

*Bucer pas-  
lam se me-  
dacemente  
stendit.*

Concludo etiam istum articulum, Bucerum inuidiosissi-  
ma carpendi libidine nihil obtinuisse, quam quod se futi-  
lem mendacem, calumniatorem, sacrarum literarum impi-  
um corruptorem ostendit, falsatorem sanctorum patrum,  
& errorum seminarium. Vnde sufficit mihi, & sufficere de-  
bet omnibus catholicis, errorem Luderii (quem mordicus  
tenent Melanchthon, Bucer, Hofander & alij Lutheristae)  
esse a sede apost. rite & legitime condemnatum. Anathe-  
ma sit omnibus asserentibus in puero etiam baptisato re-  
manere peccatum damnabile seu capitale. Remitto me ad  
ea, quae scripsi contra infantilis innocentiae crudelem tyran-  
num Hofandrum ex Anhausen Nerobergi, ad disputatio-  
nem Lipsicam, Homilias nostras de sacramentis, & Ena-  
chiridion.

## VLTIMA PARS FARRAGINIS

Buceranae.

**A**Vdiuimus haec hucusque bestiam Apocalypticam Bu-  
cerum, suas impietates & blasphemias efflantem,  
& magna equidem temeritate, cum scripturarum laceras-  
tione, sanctorum patrum iniuria & contemptu, tot ad-  
mixtis



mixtis mendacijs, calumnijs, vitiligationibus, quibus totus crepat, vt omnino videatur animo concepisse, se paratum sibi maius nomen, quàm omnes pseudoprædicatores, & seductores Lutherani ac Zuingliani. Quod si obtinuerit, certum est eum futurum primum oppressorem Lutherismi, vt Zuingliani & Capharnaitæ triumphent, & latissime me dominantur.

Bucer si uiderit, destruet Lutherum.

Prosequitur deinde articulum ꝛ. de iustificatiõne, in quo p̄ter antiquas hæreses & nouas allatas, Anaxagoricus Theologus omnia confundit, cõmiscet omnia, & ita inuoluit, vt nec seipsum intelligat, nec intelligatur à suis. At quia Pighium persequitur, nolimus viro doctissimo præripere victoriam, sed huic respondendi, improbandi, ac vulpeculã capiendi, apertum relinquimus campum.

Solum quia in fine, mendaciter famam arrodit iuxta nomen suum euangelium, vt orthodoxi roborentur, & confundantur Iebusæus, respõdebo paucis. Alicubi memini in Apologia, formam loquendi exclusiuam, sola fides iustificat, me extorsisse Lutheranis Augustæ, nec admisisse Ratisponæ. Subdit Bucer, eum cõtra mentem gloriari, id quod norunt illustrissimi & illustres præfides & auditores Ratisponæ. Quid non audet nebulo excucullatus? virum honestum & veritatis per omnem vitam amantissimum, mendacij arguere. At me insontem probabo apertissime.

Augustæ Augustissimus Cæsar cum senatu Imperij delegerat .14. personas, qui negocium fidei componerent. 4. Principes, 4. Cancellarios, & sex Theologos, e quorum numero & ego vnus eram, sicut labores pro fide semper alacer subiij. Cum ergo in hanc incidimus materiam, de formula loquendi, Sola fides, haben vvir die solen den schusteren gschickt, & in hanc conuenimus sententiam, quam Cæcælaris Badeñ. Hieronymus Vehus vir optimus & doctissimus, cuius opera catholici utebamur loco notarij, his vers

Anno 1530.

L iij bis

LYTHERANI CONSENSERVNT NON

**Cōcordia** bis concepit. Wiewol durch Martin Luter vnd ander sein  
**Augustæ.** anhenger ain lange zeit her/vil geschriben gepredigt/vnd in den  
 gmainen vnuerstendigen Layen/einbilden haben wöllen: das  
 der glaub allain recht mache / darauß auch laider nitt allain vil  
 seelen vnd menschen verfür/sonder/ verachtlich/vnchristlich  
 leben eruolgt. Ist sollich mit warer gschrift abgelaint / vnd  
 widersacher / souil erweisen / vnd das sie bekennen / vnd sich  
 erklärt haben / wie auch beschehen vnd beschlossen ist / das diß  
 wörlin **ALIA** oder **SOLA**, welches inn der hailigen  
 geschrift nitt erfunden würdt oder gebraucht / hinfür bey dem  
 glauben außgelassen / vnd nitt gesetzt werden soll / Das allain  
 der glaub gerecht vnd selig mache. In gratiam Buceri vertam  
 Latine, vt hic videat tanquam in speculo mendacium su-  
 um. Quamuis per Martinum Lutherum & alios adhæ-  
 rentes, hactenus longo tempore fuerint multa scripta, præ-  
 dicata, & plebi & rudi laico voluerunt imprimere, fidem  
 solam iustificare: ex quo, proh dolor, non modo pluri-  
 mæ animæ & homines seducuntur, sed etiam secuta est  
 vita contemptibilis & minus Christiana. Huiusmodi ve-  
 ris scripturis sunt repulsa, & aduersarij in tantum instructi,  
 quod fatentur & se declararunt, sicut & actum est & con-  
 clusum, quod hæc vocula sola, quæ in sacris literis non in-  
 uenitur, nec vsitatur, deinceps omittatur circa fidem, &  
 nō ponatur, qd sola fides iustificat, aut saluum faciat. Iaces  
 Bucere. An contra mentem gloriatus sum? Aderant Ioan-  
 nes Fridericus Saxo iā Elector, illustrissimus princeps Ge-  
 orgius Marchio Brandenburgen. Melanchthon, Brentius  
 & Schinepſybi Bucer & Capito cum Zuinglianis latebāt,  
 sicut noctuæ, nec in publicum prodibant.

Responde-  
 te oēs Lu-  
 therani, si  
 potestis.

At forte ad Ratisponam cōfugies, q̄ conquestus sum in  
 Apologia, nullum notarium iuratum fuisse in colloquio  
 ordinatum, sicut petij, & mecum obseruatum fuit Lip-  
 siæ, Baden in magnis disputationibus, & nouissime Vuor-  
 mas

maciæ. At quia vos Lutherani cum Eckium omnibus bonis & eruditione nudatis, memoriam tamen permittitis, cuius beneficio verissime acta narrabo. Articulo quinto submotis his, quæ libro inerant, alia declaratio fuit substituta, qua fuit permessa Lutheranis forma docendi, sola fide iustificamur, cum additione vt in libro. Ego restiti ex tribus fundamentis. Primo, quia Augustæ cesserant in hac vocula, id quod iam probauimus. Secundo, quia sacra scriptura non vteretur hac forma. Tertio, quia esset scandalosa forma, & hoc probaui ex multis verbis Lutheri in visitatione Saxonica antiqua. Multi, dum audierunt, vt solummodo credatur, omnia ipsis remitti peccata, fingunt sibi fidem, & putant se mundos esse, per quod fiunt temerarij & securi. Huiusmodi autem carnalis securitas peior est cum errore, quàm ante hoc tempus vnquam fuit. Et in noua ducis Henrici Saxonis visitatione ait Luther: Error iste est peior omnibus, qui fuerunt ante hoc tempus, quando ad prædicationem de remissione credunt sibi remissa peccata, & ita fiunt securi & sine timore. Et ibi: Pœnitentia & lex pertinent ad fidem communem: Ideo illa debent doceri ante fidem, quam Paulus nominat iustificantem, quæ delet peccatum, quod non facit fides sine præcepto & pœnitentia. Alioqui populus errat super verbo, fides. Infra: Fides non potest esse sine austerâ pœnitentia & tremore ante deum, hoc sæpe prædicandum, ne homines sint in falsa opinione, vt existiment se habere fidem, cum longe absunt.

Fol. 9

Visitatio Sax.

Nihil autem profeci his motiuis, sed Bucer obstabat, etiã Paulum vti hac voce sola, quando dicit. Iustificatis gratis p gratiam. Risi impudentiam apostatæ, cum Paulus ibi dicit iustificatos per gratiã, non meminit fidei. Et ex qua Grammatica didicit gratis, id est, solum. Et cum obstinate per-

Rom. 3  
Gratis. l.  
solum ne  
ua Gram  
matica.

duras

## LYTHER CONTRA SOLAM FIDEM.

Fol. 755  
A maiori  
parte uoto-  
rum con-  
clusum.

durarent in semel concepto errore, obieci eis scripturas, ve-  
lut obiter in Apologia retuli. Quibus omnibus, etsi euidē-  
tissimis ac efficacissimis, nihil profeci, sed à maiori parte  
conclusum fuit secundum formam conceptam. Ego puta-  
bam in causa fidei non concludendum secundum maiore  
partem. Quare mox conquestus sum reuerendissimo do-  
mino legato bonæ memoriæ & relato libro ad principes,  
licet infirmus, monui tamen principes speciatim, vt caue-  
rent ab hoc inserto errore.

Arbitror me satis superque satisfacisse omnibus bo-  
nis & integris, nec quicquam me dixisse falsi, sed Buce-  
rum turpiter iacere prostratum, & in aperto mendacio  
conuictum.

Promiserat Luther se omnes articulos producturum  
conciliatos, etiam eos qui reiecti essent in aliud tempus,  
at mox substitit in quinto. Ego intra me Plautinum illud  
cogitabam: Canterium rideo, ceptum, non finitum.

## SOLI DEO GLORIA.

### EXPURGATIO ECKII

ab infamatione biliosa

Buceri.

☞ Christiano Lectori bene agere.



Buceri  
mordacis-  
tas.

Eligionem pie tractandam esse nemo cor-  
datus ambigit, at ego in eos incidi, qui non  
solum irreligiose, impie ac blasphemè sacra  
tractant, sed effrontes omnia conuictis, syco-  
phantis & mendacis agunt, in negotio ali-  
quo ciuili intolerabilibus. Tali Megarico commento op-  
pugnat me excucullatus Bucer, dum sacris literis & patrū  
sententis agere deberet, id quod ego præstiti in disputatio-  
nibus

nibus Lipsiæ, Baden & Vuormaciæ. Ille iniurijs agit & calu-  
 mnijs, & canina vtens facundia, extra chorum saltat, vt li-  
 bidini maledicendi satisfiat. Nam dum superiori anno acta  
 Ratisponæ in Comitjs euulgasset, multisq; iniurijs oneras-  
 set catholicos principes, & plaræq; perperam recenseret, &  
 à veritate aliena, respōdi Apologia pro legato & Christia-  
 nis principibus, expectans quid Bucer obijcere posset. Inte-  
 rea amicus mihi Buceri acta versa in Germanicum transmi-  
 sit, quæ non curavi legere, arbitratus eum candide vertisse  
 librum proprium. Post multum vero temporis retulit mi-  
 hi catholicus, Buceram scripsisse me mortuum in illis ipsis  
 actis Germanice versis. Ingredior librum, & quæro, inue-  
 nio fraudes, dolos, imposturas Sinonis istius. Non enim  
 librum Latinum verterat, sed penitus alium supposuerat.  
 O dii, quanta impietate. Pollicetur Marchioni Electori de  
 um Teutonibus placatum, si cum Lutheristis concorde-  
 mus. Victoriæ promittit contra Turcam, si per fidem ad  
 deum redeamus. Vtque Christus nobiscum iturus sit con-  
 tra Turcam & Capitaneus exercitus (ac si Christus gaude-  
 ret ire cū excucullatis monachis, periuris sacerdotibus, cū  
 impijs & sacrilegis militibus) Pollicetur erigendas Græciæ  
 ecclesias. Hui quàm belle. Ecclesias in Germania destruit,  
 & promittit se erecturum ecclesias in Græcia: lactat vocati-  
 onem suam & officium suum. Quis vocauit eum? quando  
 hinc inde vagabatur cum Oecolāpadio & Hedione. Quis  
 vocauit eum, vt oppugnaret eucharistiam, & Zuingliani-  
 smum non solum susciperet, sed etiam tueretur contra or-  
 ganum dei & magistrum suum Lutherum? Cogitur tamē  
 verum fateri, Lutheranos suos non ostendere euāgelium  
 in vita. Viginti annis testatur nos vocatos ad pœnitenti-  
 am, quasi non à Christo simus vocati ad pœnitenti-  
 am contine à M. & D. annis. Fateor deum nos vocare ad pœnitenti-  
 am, sed vos deuocatis homines à pœnitentia ad sectas,  
 M quis

Infamie  
 Buceri in  
 uulgari li-  
 bro.

Vocatio  
 Buceri.



BUCER FVRATVR FAMAM ECKII.

Polybius.  
Fol. 23<sup>o</sup>  
Bucer mē  
ritus EC.  
Kiū mors  
uum.

quia non per legittimam vocationem intraftis, sed aliunde ascendistis, sicut fures & latrones. Contexit (ita vult videri) historiam actorum: cum autem prima lex historiae (vt Polybius inquit) fit veritas, ipse omnia mendacijs & calumnijs refarsit, vt apertum feci omnibus Apologiam nostram legentibus. Tandem vellicādo folia veni ad locum, vbi scribit me mortuum esse. Vah impudentiam. Incepi diligentius legere, quo me misericors homo honestasset Epitaphio, vnde craterem mendaciorum inueni apud Bomolochum istum & famæcidam. At quia crudelis est, qui famam suam negligit, in gratiam omnium bonorum, & honestatem amantium, famam meam contra Eckimastygen defendā, sicut integrum & bonum virum decet.

PLAVSTRA INFAMATIONVM BV  
CERI iniquarum in Ioannem Eckium.

1. **E**ckius falsum testimoniū dedit cōtra libæ colloquij.
2. Eckius seipsum ingessit importune & Augustæ & Vuormaciæ.
3. Imp. eum delegit ad colloquēdum Ratisponæ, eo quod multi arbitrātur eum doctiorem ex Theologis Papisticis, & seipsum talem reputat.
4. Electus est etiam contemplatione principis sui. Alioquin sic notus est Eckius ambitionis suæ & impuræ vitæ, vt non fuisset assumptus.
5. Nullus debet manducare panem cum Eckio, id est, quia tam diu persecutus est euangelium. 2. Sacrilegus est ob pluralitatem beneficiorum, quæ possidet & fruitur. 3. Quod à pueritia inuerecunde vixit cum mulieribus & compotationibus. 4. De quibus omnibus non poenituit.
6. Eckius tractat diuina vane & futiliter, solum ad pompā & gloriam, sicut agonista scholasticus: Id quod grauerunt Contheologi Vuormaciæ, & præsidentes Ratisponæ.

na, & vult videri magnus disputator.

Manifestos abusus Papistarum defendit & excusat quæ  
stus & honoris gratia.

EXPURGATIO ECKII.

**N**ullus mihi sermo est candide lector ad eos, qui vitæ  
meæ institutum & consuetudinem à pueritia in hâc  
meam ætatem nouerunt, qui non modo vident, sed tan-  
gunt apertissimas Buceri calumnias, & quàm impudenter  
& muliebri impotentia mentiatur. Alios vero, qui nullum  
habuerunt mecum vitæ commercium, precor per deum cœ-  
li & terræ, ne præbeant aures, nec credant calumnijs Bu-  
ceri ex mera inuidia euerberatis, ac hæresum fauore. Nam  
vir bonus, honestus & integer non ignorat hoc hæretico-  
rum perfugium. Fugiunt disputationes quàm diu possunt,  
ne tamen omnino videantur deserere causam suam, ægre  
disputationem suscipiunt, sed miris conditionibus septam,  
vt in Baden tota audiuit Heluetia. Imprimis autem cauēt,  
ne feratur iudicium, vt sic in potestate eorum maneat de-  
mentare plebem strophis verborum, ne videantur victi.  
Quod si sententia esset lata super disputatione, non possent  
huiusmodi sycophantijs illudere populo, quia haberent  
sententiam expressam contra se, nec tamen essent quieti,  
sicut Donatistæ lata contra eos in causa Cecilianæ senten-  
tia, iudices calumniabantur, Augustino teste. Sancti quo-  
que Melchiadis Papæ & Martyris iudicium destruere vo-  
luerunt, sicut Ludderani Leonis Papæ X. felicis record. sen-  
tentiam refellunt.

Omnis itaq; eorū conatus est, ne disputetur, multo ma-  
gis ne iudicetur. Sic Zuinglius cum cohorte hæretica per  
annum impediuit disputationem in Heluetijs. Et cum for-  
tissimi viri duodecim Contonum conclusissent disputatio-  
nē habendam, adhuc non quieuit Ismael, sed constituto me

M ij iam

ECKIUS  
precatur.

Ludd. cap  
lumniose  
disputat.

Contra  
Cresco. li.  
3. cap. 6

Ludd. nos  
lunt dispu-  
tare.

Scelus  
Zuinglii,  
bubetic.

iam in loco disputationis Baden, misit literas ad Oratores Heluetios, & me accusavit, qd diffamasset totam gentem Helueticam crimine pessimo. Huiusmodi euangelice, sperabat enim futurum, ut capitis subiret periculum, aut tolleretur ad minus disputatione, aut saltem ut Oratores essent mihi infensi, & nullum fauorem mihi impartirent. At viri prudentissimi facile intelligebant Zuinglium illa pro malignitate sua ex inuidia contra me finxisse: nam si huius culpe reus fuisset, non tam libere me obtulisset disputaturum in loco extero, ubi ferme nemo mihi erat a facie notus per tanti itineris discrimen. Et

Zuinglius  
diffidens  
Heluetijs.

ego Austriacus committebam me eorum fidei & simplici saluo conductui. Zuinglius vero natus Heluetius nolebat se eorum fidei committere, nec saluum conductum acceptare cum fortissimis clausulis, quae fuisset sufficiens pro principe. Sed maliciose illa attulit: quid enim ad causam fidei, siue quis Austriacus esset, siue Heluetius, siue Iudaeus, siue Graecus? Sic Luther in medio disputationis Lipsicae reuocatum iudicium eorum, quod vel a principe, vel Academia deligeretur. Elegit tamen Universitatem Parrhisiensem, quae eius errores damnauit, ut victor fuerim. At iudicium illud calumniatur, sicut Donatista.

Rom. 10

ECKIUS  
victor Parrhisiensis  
sententia.

Hoc est, quod assumpsi, haereticos detrectare disputationem, & iudicium, sicut & Constantiensem haeretici fecerunt, & Vlomenum, Rotenacker, & plures in Heluetijs Baden. Si autem disputauerint, breuibus id faciunt, remittentes se ad calamum, velut Luther Lipsiae recusabat amplius ascendere cathedram disputatoriam, me tamen disputationem in cathedra continuante. Ita ergo per dei gratiam fregi illorum animos, ut nec audeant disputationem inire, sed solum amicum colloquium petunt, ut Augustae, Vuormaciae, & Ratisponae.

Quo disputant haeretici.

Fol. 108

Et cum tam multa suggillauerit Bucer in Apologia optime dicta, cur nihil respondit ad meam oblationem, quam iam in fronte libri repetit, ut non possint non videre, si adhuc Luderanis placeret cum Eckio disputare.

Et



Et ut mores hæreticorum finiam: si scriptis in arenam descendant, & à catholicis autoritate & ratione vrgentur, & aduersarium sustinere nõ possunt, mox deserta causa ad conuitia sese recipiunt, & ad conuitorum aceruos, ad cauillos scurriles, & conficta crimina, vt stultos laicos suos ad cacinnos prouocent, & catholicos absterreant, ne deinceps contra eos scribant. At me non impedit risus Lutheristarum, quin oro deum vt à pseudomonachis seducti à deo illuminentur, ne comminatio Christi veniat super eos: Væ vobis, qui ridetis nunc, quia lugebitis & flebitis. Nec fictis ac ementitis criminibus absterrebitis me ab inceptor quoniam satur sum mendacijs vestris, occallui ad calumnias vestras, & iam sæpe cum magno dedecore vestro deprehensi estis mendaces. Ita & iam regeram crimina Buceri in iugulum suum, quamuis confidam, excucullatum, apostatam, hæreticum, modo Zuinglianum, modo Lutheranum, nõ posse grauare bonam famam meam apud synceros & integros viros.

## RESPONSIO AD CRIMINA

per Bucerum ficta.

**P**rimo arguit me falsi testimonij dati contra librũ colloquij. Respondeo mentitur, vt liquet in Apologia. Et Caiaphas noster perhibet testimonium veritati in suo conspurcato libro Germanico, vbi fatetur me ostendisse semper indignationem aduersus librum, & pupugisse eum. Illũ quoq; sæpe impugnauerim absq; causa, adeo vt in quinto articulo liber relictus fuerit. Et tamen Bucer ita mendacijs suffocatus, mox versa pagina contrariũ dicit, Eckium nunquam aliquo iudicio ostendisse in libro errorem esse vel defectum, nisi sicut per eum semper principaliter est correctũ vel conclusum. Quomodo illa constant: semper impugnauit librum, semper ei indignatus, semper pupugit eum, & iam seipm expugnet, q̃a nullũ in libro esse errorem vel defectũ.

M iij Simis

Iniurijs  
pugnant.

Lucæ 6

Fol. 150.  
usq; ad fol.  
155.  
Fol. 228Bucer sibi  
contradixit.

Fol. 229

Similibus mendacijs se destruit sequenti folio. Ait enim me accepisse & consensisse in librum in omnibus, vsq; ad articulum de eucharistia, qui fuit 14. & tamē priores articuli 6. & 9. de ecclesia fuerūt suspensi vsq; in finem, me fortiter reclamante. Similiter articulus 8. de pœnitentia fuit remissus ad art. 15. Et primi quatuor articuli non fuerunt controuersi, quomodo ergo in oēs consensi? Et dum grauiores inceperunt articuli, nunq̄ adfui per infirmitatem. Nō pudet ergo Bucerum mendaciū, quasi etiā post finem colloquij meo nomine pmiserim articulos libri, tanq̄ bonos & rectos Imperiali celsitudini offerri. Hoc Apologia indicat, q̄ bonos & rectos asseruerim articulos libri. At qd me refero ad Apologiam, uerte folium, & seipm̄ apertissime mendaciū damnat Bucer. Sic em̄ habet: Eckius vt cōplaceret Cæsareæ Maieſtati, passus est se induci, indubie contra propriā conscientiam & voluntatem, vt multa in colloquio transirent velut concordata, vbi libēter aliud vidisset. Exemplum dat in articulo quinto, vbi cum ageretur de fide iustificante, q̄ etiā nos certificaret de salute, dixerim ad auscultātem: Ego permitto, sed nihil est, nisi mera fantasia. Iaces Bucer, quō ergo ad oēs articulos consensi, qui dissensi à quinto? Imo fortiter restiti, vt in Apologia liquet & supra in hac Replica. Imo omnes Lutherani non possunt vnq̄ mihi persuadere, vt assentiar solam fidem iustificare. Sed obijcis, permisistis fateor, dum vos tres sectarij acceptastis articulū, & mei collega duo vobis subscriberent, & præfides maiorem numerum attenderent. Et ego pro debito officio dictate conscientia, & obediētia Cæsaris ex scripturis & alijs certo ostenderē articulū falsum, & nihil mihi responderet, quid amplius facere debui? & frustra niti profecto, & reclamare nō est cōsentire. Cōfidebā corā legato & ordinibus Imperij resarcire ea, q̄ catholica sunt & in colloquio obtinere nō potui.

AD II. CRIMEN.

Bucer

**B**Vcer falso impingit mihi crimen ambitionis, qui me  
 importune ingesserim Augustæ & Vuormaciæ. Mens  
 titur apostata, quoniam Augustæ ab omnibus Theologis  
 (eram aut numero 16.) fui delectus vnanimiter, q̄ respon  
 sum pararem contra confessionem Saxonicā, & parui. De  
 inde à diuo Imp. & ordinibus Imperij electus sum inter Se  
 ptemuiros ad colloquiū. Delecti em̄ erant duo Principes,  
 duo Cancellarij, & tres Theologi. Postremo cum res ad  
 Triumuiros venit, ordinatione gloriosissimi Cæsaris, duo  
 Cancellarij & ego ex Theologis solus mansi. Mirū q̄ mihi  
 non obijcit Romā, sed nō me ingessi, sed vocatus per Breue  
 apostolicū à Leone Papa felicis record. Inter sedecim The  
 ologos fui vnus ex deputatis, in presentia Papæ & oīm car  
 dinaliū. Et dū pontifex deliberaret cōcludere, post plures  
 alias cōsultationes habitas cū magna maturitate, Marliani  
 quatuor conuocauit, duos cardinales, duos Theologos, &  
 ex his eram vnus. Sic Adrianus Papa per duo Breuia me es  
 uocauit ad urbē, cui præstiti obedientiā: & quatuor duntax  
 at cōmisit negocium fidei, e quorū numero erā vnus. Idē  
 fecit Clemens Papa. De Vuormacia recēs est factum, neq̄  
 potest memoria excidisse, me vnanimiter fuisse delectū ex  
 Theologis sex principum. In consilio etiā quinq̄ Electorū  
 Imperij ego pro collocutore datus sum, vt in publico con  
 fessu colloquiū testatus sum, tm̄ abest, vt me intruserim. Ad  
 do q̄ illustris dñs à Granuella Imperialis cōmissarij, & epif  
 copus Secouien̄. Orator regius, dixerunt mihi, aduersarios  
 cupere, vt ego deligerer colloquutor. Vnde ergo Bucio  
 hoc mendacium, quod me importune ingesserim? Et sei  
 psū mendacij conuincit, dum in farragine Germanica  
 lamentatur. Hic vir (loquitur de Eckio) constituatur su  
 per omni causa religionis, & Germanicæ nationis perpe  
 tua salus super eo statuatur, sicut Augustæ in manus ei  
 us tradebatur totum negocium religionis. Quod etsi non  
 fit

Fol. 559

ECKIUS SE NON INTRVSIT AVGVST. ROMAE

fit factum, sed negocium per totum senatum sacri Romani Imperij fuerit conclusum, tamen expugnat mendacium Bucij, quia Eckius se non intrufit.

AD TERTIVM CRIMEN.

Eckius nō  
arrogans.

**A**ccusat me arrogantiae, qui iudicem me doctiorem alijs doctoribus papisticis. Ecce eum, qui corda scrutatur & renes. Mentitur autem Bucer, quantum ad me attinet. Ago gratias D.O.M. pro donis suis & beneficijs mihi immerenti collatis. Scio quod Paulus dixit mihi: Quid habes quod non accepisti: & rogo suppliciter, vt det mihi bonum illorū vsum ad gloriam nominis sui, fidei & religionis profectum, apostolicæ ecclesiæ honorem, & hæresum extirpationem. Quantus sim in oculis aliorum non mihi blandior, neq; tamen arbitror, vt tanti me faciant, quā tum illis tribuit Bucer. Sic tamen me existiment Diuus Cæsar & catholici principes, omnem operam, laborem, studium, & quicquid præstare potero, omnia paratissima fore ad honorem dei & obsequium fidei. Neq; negat Bucer dona illa dei in me, sed agnoscit, magnum s. ingenium, quod multa legerim, quod hæctenus memoria retinuerim. Adijciam & ego vnum donum dei, quod ille præterijt, vt in domino glorier, quia deus dedit mihi inuictum disputandi spiritum aduersus hostes ecclesiæ. Non loquor de disputationibus scholasticis, Heidelbergæ, Tubingæ, Coloniae, & Friburgi exercitatis, etiam contra Albertum Fontanum Minoritam. Neq; magni facio, quod in conuentibus capitularibus fratrum disputauim, missus à consilio Vniuersitatū. Minoritarum Neuburgi ad Rhenum, præfidēte Georgio Esslingē. Prouinciali Prædicatorum Landtshuti, respondentibus Hupero Austraico, Dietenbergio Rhenano, superatendente Iacobo Hohstraten Colonien. Carmelitarum Augustæ præfidente Stephano Brixien. & respondente Zenefio

Bucer laus  
dat Echij.  
Fol. 227

1498.  
1499.  
1501.  
1502.  
1509.

1517.  
1514.

Zenefio Carmelitarum item Nurmbergæ. Neq; tanti facio 1516  
 disputationem Ingolstadien. qua merui, vt ex Friburgo vo- 1510  
 carer ad lectionē ordinariam Theologiæ & canonicatum 1515  
 Eistetteñ. in tam parua etate, aut quod Bononiæ publice di 1516  
 sputaui in æde S. Petronij, aut in Vienna Pannoniæ supe-  
 rioris. Hæc fuerunt præludia seueriorum, sed quando deus  
 excitauit me, vt ascenderem ex aduerso, & opponerem me  
 murum pro domo Israel, vt starem in prælio in die domini,  
 tunc sequutus sum Carlstadium & Lutheræ ad Lipsiam, se 1519  
 quutus sum Oecolampadium, Zuinglium & gregē suum 1520  
 in Heluetiam, & hæcenus sæpe prouocaui Philistæos ex-  
 probrantes agmini dei viuentis, vt disputatione & iudicio  
 negocium omne transigerent, vti Ambrosium Blarer non 1520  
 solum Constatia, sed etiã Memingæ, quãdo simplicem po-  
 pellū illic seducebat, ad disputatoriū congressum euocaui.

Vnum præterire non possum, quãto in honore habeat Buc-  
 cer Augustum Cæsare nostrum, quando ait: Omnipotēs de-  
 us parcat Imperiali Maieftati, & omnibus consultoribus, Impera-  
 quod hunc vix ad Christianum ordinauerunt colloqui-  
 um. Veh Cæsari & Cæsarianis, qui crimē capitale admise-  
 runt Eckiū deputãdo ad colloquium: & quis absoluet eos?  
 forte Bucer indulget, q̄ non peccauerunt in sp̄m sanctum.

At quanto verius ego moneo Cæsarianos, ne prouocēt  
 iram altissimi, cum sciant quos tumultus, & seditiones exci-  
 tent Lutherani in Germania, et pergunt quotidie facere pe-  
 iora. Sciant quas hæreses impiissimas fouent, quas blasphemias  
 & sacrilegia quotidie committant, cum sciant eos omni  
 conatu niti ad rebellionem & inobedientiam ac seditionem,  
 contra decus Imperij in certam Germaniæ destructionem.  
 Et cum eum, qui certus est, non oportet certiorari, cur ergo  
 contra eos vt schismaticos & hæreticos non procedunt? Et cum  
 nulla sit spes emendationis, & indies fi-  
 ant deteriores, & sermo eorū vt cancer serpat, vt quotidie

N nune

DIETAE PLVS NOCENT FIDEI.

**Timo.** 2 numerus eorum per miras practicas fiat maior, per funes  
 stas & exitiales ligas, iniqua foedera, in & extra Imperium,  
 impietas eorum fit maior, quid conuentus agimus & iudicamus  
 deitas: cum testentur tam aperte, tam manifeste, se  
 obduratos nolle cedere, vt omnia colloquia & Comitiam  
 sint nobis frustratoria. Ipsi autem semper curant, vt secta  
 eorum fiat auctior, & populum loci seducant, sicut Augusti  
 contigit, vbi ciuitas ab initio non esset admodum per  
 tinax, sed promitterent se adhæsuros Cæsari & conclusio  
 ni ordinum Imperij: in fine neutrum volebāt facere. Quid  
 promouit Cæsar Augustus iam Ratisponæ, dum peruersos  
 Lutheranorum prædicatores permisit prædicare in do  
 mibus: vt iam contra, quàm Cæsari promiserant, publice  
 Lutherismum acceptarint, & nouam ordinationem contra  
 ecclesiam fecerint: Nimia ergo licentia & indulgentia Imp.  
 Augusti, quia non punit sigillifragos, præbet incentium  
 delinquendi. Non ista obijcio Cæsari, sed Bucero, vt Cæsar  
 si pœnitere debet, plus suppeditat nimia permissio, licet Au  
 gustale caput non iudico, sed potius arbitrer mitissimum  
 principem, tam amantem pacis, vt mallet prius omnem la  
 pidem mouere, q̄ officium Imperatorium in schismaticos  
 & rebelles exercere.

Obduratio  
Lutheranorum.

Augusta.

Ratispona.

Imperator mitissimus.

Victoria, virtus & honor Cæs. M. Carolo. V. à  
 deo coronato.

AD QVARTVM CRIMEN.

Dux Vuilhelmi  
 patris Eckii.

**A**ffirmat dein me electū contēplatione principis mei  
 illustriss. D. Vuilhelmi comitis Palatini, Rheni ac su  
 perioris & inferioris Bauariæ ducis &c. & hoc bene, vt Ec  
 kius talē habeat principem, quē tanti faciat Imperij rector  
 Cæsar, & princeps talem habeat Theologum Eckium, quo  
 Imperator in grauissimo negotio fidei possit vti. At scor  
 pio mox pungit: alioqui Eckiū nō fuisse deputatū, q̄ tā no  
 ta sit ambitio eius & impura vita. In vtroq; mētī Bucer, vt  
 sequenti.

sequenti responsione luculenter comprobabo.

AD QUINTVM CRIMEN.

Cum adducit plaustra calumniarū, quia nemo debeat  
 mecum manducare, respondeo per ordinem. In Biblia  
 nullibi prohibetur q̄s māducare cū Eckio, sed hoc legimus:  
 Si quis ecclesiam nō audierit, sit tibi sicut ethnicus & publi- Mat. 23  
 canus. Quare Bucerus ecclesiā non audiens nisi malignan-  
 tiū, pro ethnico habendus est. Legimus Christū dixisse di- Luc. 10  
 scipulis: Qui vos spernit, me spernit, quod nedum de apo-  
 stolis est intelligendū, sed etiā successoribus. Quare Bucer  
 est contemptor Christi, quia contemnit pontificē & legit- Bucer ex  
 timos successores apostolorū. Et cum iā plus viginti annis communi  
 Bucer obsorduit in excommunicatione, nec cogitauit, nec catus.  
 petijt absolutionē à diabolo possessus, ideo ab omni catho-  
 lico est vitandus sub peccato mortali. Nā quia Luther nō  
 habet verā doctrinā ecclesiæ, sed hæresiarcharū, Hussi, Vvi-  
 clephi, Vigilantiij, Iouiniani Epicurēi, ideo dicamus ei illud 1. Ioan. 1  
 Ioannis: Si quis venit ad vos, & hanc doctrinā non affert,  
 ne recipiatis eum in domum, nec aue ei dixeritis. Qui enim  
 dicit illi aue, cōmunicat operibus illius malignis. Ecce præ-  
 dixi vobis. Et de excōmunicatis p̄cipit Paulus, non sumens 1. Cor. 5  
 dum cibum cum illis. Traditi enim sunt diabolo in interis-  
 tum carnis. Et excōmunicato non cōmunicandum Paulus 2. Theff. 5.  
 p̄cepit. Non cōmisceamini cum illo, vt cōfundatur. Et Moy- Nume. 16  
 ses dixit turbæ: Recedite à tabernaculis hoīm impiorum,  
 & nolite tangere, quæ ad eos ptinent, ne inuoluamini pec-  
 catis impiorum. Cum ergo Bucer sit excōmunicatus hæres-  
 ticus iā viginti annis, & singulis annis in cœna dñi traditus 11. q. 7. cū  
 sit diabolo, & ideo ab omnibus Christianis de iure diuino excommu-  
 & positiuo vitandus: audet tamen temere Christianis inhi- nicato.  
 bere, ne cum catholico Eckio cōmunicent, de gratia dei ab c. sicut ait,  
 ecclesia mucrone excōmunicationis nō p̄ciso, sicut resectus de hæreti-  
 est putridum mēbrum Bucer. cis.

N ij Pri

ECKIUS NON EST PERSECUTVS EVANGELIVM.  
PRIMA CAUSA EXCOMMVNICATIONIS  
retorquetur in Bucerum.

**E**Xcommunicatū dicit Eckium, quia persecutus sit tā  
diu Euangelium: Quasi persequendo hæreses Luthe-  
ranas & Zuinglianas, persecutus sim euāgelium, cum tum  
maxime defenderim euāgelium. Ergo cur non excommu-  
nicat diuum Imp. qui Vuormaciæ cum vniuersis ordinibus  
Imperij dāmauit Lutheranam hæresim? Hoc idē fecit Au-  
gustæ, fecit per omnia regna Hispaniæ, & per omnia domi-  
nia sua in Belgis, vbi igne etiā hæreticos vindicauit, & adeo  
cum non pœnituit, vt edictum fortius nouissime publica-  
ret. Fecit hoc serenissimus Ro. Hungariæ & Bohemiæ rex,  
vt Tauber, Peregrinus, & Baldasar combusti indicāt Viens-  
næ. Fecit hoc idē Christianissimus rex Galliæ, vt Berquinus,  
Iacobus Ponet, Matthæus Suanier. N. Rotomageñ. cū a-  
lijs combusti testantur. Fecit serenissimus rex Angliæ, vt  
lamentationes vestræ testantur, quando Pomerani discipu-  
lum & commēsalet combussit cum socijs Londini. Fecit  
rex Scotiæ totus catholicus, vt Aloysij apostatæ exilium in-  
dicat. Fecit rex Poloniæ. Fecit rex Portugalliæ. Fecerūt ma-  
ximi p̄cipes Ioachimus Marchio Elector senior, Georgi-  
us dux Saxonie, illustrissimi principes Bauariæ, excellentis-  
simus Lotharingiæ dux, illustrissimum dominium Venes-  
toræ, fortissimi antiqui Contones Heluetioræ, & alij potens-  
tatis nobilissimi. Feci ego, quod fecerunt celeberrimæ Aca-  
demie, Parrhisij, Louanij, Colonia, Compluti. Quod erus-  
ditione & vita admirabiles fecerunt, episcopus Roffeñ. Car-  
dinalis Caietanus. Rosseus Anglicus, Emsler, Schatzgerus,  
Hohstrat, Kœllin, Faber Vieñ. Syluester Prierias, Catharis-  
nus, Marcellinus Venetus, Albertus Carpeñ. princeps, Die-  
tenbergius, Alueldius, Vsingius, Clichtouæus, Murner,  
Rhadinus, Latomus. episcopus Ascalonitanus, Pouelus,  
Ochsenfurt, Natalis Beda, Herborn, Eras. Rote, Abbas Zel-  
ia,

1522  
1530  
1539

Reges con-  
tra Lud-  
deranos.  
1528  
1539



læ, Syluius, buchstab. Facio quod hodie viuentes multi faciunt, Cochlæus, Mensingus, Nausea, Marius, Alphonsus Zamoreñ, Taxander, Titelmannus, Pighius & Vuicelius. Mentitur autē Bucer hos persequi euangelium, sed hæreses persequuntur, impietates ac schismata. Horum in agro dominico metentium uestigia sequor cum Moabitide. Et quā diu spiritus hos rexerit artus, deo adiutore, non desinā veritatē fidei tueri, & oppugnare perfidiam, tantum abest, vt non timeam propterea excommunicationem, vt nihil sciam hoc tempore, quod gratius deo facere possim in satisfactionem peccatorum meorum.

SECUNDA CAUSA EXCOMMVNICATIONIS destruitur.

**P**Luralitatem beneficiorum, quibus fruar, assumit Bucer pro secunda causa excommunicationis, sed mentitur, vt iam palam faciam. Non nego, si voluissem aggrauare aduersum me lutum, vt Helluones beneficiorum, non nihil potuissem, in tanta gratia pontificum, regum & principum. Ter fui in vrbe, liberum accessum habens ad pontifices, nullum vnquā ab eis beneficium reportauī pro me. De lectura mea Ingoldstadij non habeo stipendium ex Camera, sicut alij professores, sed in huius vicem succedunt fructus Canonatus Eistetteñ. Aliud etiam beneficium exile collegij est lecturæ incorporatum, cuius tamen omnes fructus auditori relinquo Theologiæ. Ad hæc illustrissimus princeps, attentis meis magnis laboribus, ne moueam pedem, & in negotio fidei fideliter seruiam, ceruo & ducentis florenis annuis ex Camera sua mihi prouidit ad vitā. Plus impendit princeps ille secularis Theologo suo, quā faciunt multi episcopi suis Theologis. Ad hæc cum sint tot impensæ in libris, in scriptoribus, vt etiam Hieronymus, quia laborem scribendi manu propria ferre non valuit, impensas librariorum habui, sedes apost. mihi de duabus pensionibus

Abacu. 8

Dux Voil.  
liberalis  
in ECKI  
VM.

N iij pensionibus

E C K I V S N O N P L V R A L I S.

a. Cor. 9. fionibus succurrit, vt qui euangelio seruiam & altario, de  
 euangelio quoq; viuerem, iuxta S. Pauli decretum: Immo  
 Plato. secundum ordinationem domini: Nemo vnquam suis stis  
 pēdīs militat, & sic onera certaminis mei ferre possem. Pla-  
 to quoq; hanc cantatissimam protulit sententiam, vt nul-  
 x. Timo. 5. lus sibi, sed toti genitum se crederet orbi. Et sanctus Pau-  
 lus districtius iussit: Si quis suorum, & maxime domesticor-  
 rum curā non habet, fidem negauit, & est infideli deterior.  
 Augusti- Ideo non nego me consanguineis profuisse, q̄a gratia ordi-  
 nus. nat, non destruit naturā, ait August. Non q̄d vlli plura de-  
 derim, minus ditauerim, sed q̄d nepotes ad studia educaue-  
 rim, et in his sumptus fecerim non mediocres. Nā frater est  
 mihi, non Germanus, quem tamen in studijs foui vsq; ad  
 V. I. insignia, vt seruiuerit in aula Eistetteñ. in officialatu  
 Vieñ. & assessor extitit Salisburgi. Nepotem Michaelē ma-  
 gistrum artium & collegiatum studij nostri ac Baccalauer-  
 um Theologiæ, ad Canonicatum S. Andreæ Frisingæ pro-  
 moui. Alium nepotem Michaelē adiuui in Canonicatu  
 Vultzhofen, vbi iam propositum collegij agit. Ioan. Schau-  
 3528. pium ex sorore nepotem meis impensis in Parrhisiē. stu-  
 dio subleuo. Seuerinum nepotem diu in studijs sotum pes-  
 3539. stis absumpsit apud immortalis memoriæ episcopum Ro-  
 3540. sseñ in Anglia. Frater eius Andreas relictis studijs, Tunisi-  
 in congressu occubuit in Aphrica. Mauritius tertius fra-  
 3542. ter, qui & ipse literis nuncium remisit, ante Budam in mise-  
 rabili conflictu cum patrono suo equester à Turcis occisus  
 est. Ex alia sorore nepos Ioannes repudiatis literis cum il-  
 lustrissimo principe Albrechto Marchione Badeñ. eques  
 superiori ætate descendit in expeditionem Turcicam, &  
 in hunc diem non accepi, an occubuerit, vel incolumis re-  
 deat. Nam patronus suus in itinere mortuus dicitur. Remo-  
 tiori gradu mihi iunctos non recenseo breuitatis ergo, os-  
 tines tamen hi non sine impēsis à me fuerunt educati. Vbi  
 est

est ergo præbendosus ECKIVS, vt à Bucero excommunique-  
tur, ac si nemo sciret quàm ampla accipiatis Lutherani sti-  
pendia ex arcis, in quas colliguntur eleemosynæ pro vere  
egentibus, quas vos validi mendicantes cum lupis vestris,  
per omnem lasciuiam & crapulam consumitis? Vbi enim  
est in euangelio, quod nebulo, qui nunquã audiuit vnam  
lectionem in iure vel Theologia, debet habere 400. aureos.  
in auro pro vna persona?

TERTIA RATIO EXCOMMVNICA-  
tionis aperte mendax conuincitur.

**C**alamum tinxit in sanguinem virulentus Bucer, dum  
me excommunicatum asserit & à Christianis vitan-  
dum, quia à pueritia inuerecunde vixerim cum mulieri-  
bus & comotationibus. Vide candide lector, quomodo su-  
rijs agatur apostata, qui etiam si verum diceret (sicut impu-  
dentissime mentitur) tamen iniuriosus non esset audiens  
dus, L. eum qui nocentem, ff. de iniur. Rogo tamen omnes  
viros bonos & honestatis amantes, ne credant huic Mortis  
oni famam meam tam crudeliter & mendaciter proscin-  
denti. Vnde à pueris & adolescentia expurgare me debeo.  
Imprimis autem fateor me non fore amantion & impecc-  
cabilem, sicut est Bucer cum suis sanctulis, sed cõfiteor me  
peccatorem, qui deum viuentem tam sæpe grauiter offen-  
di. Ipse sit mihi clemens & propicius: ideo ad eum gemo  
cum suspirio: Delicta iuuentutis & senectutis meæ & igno-  
rantias, ne memineris domine. Si iniquitates obseruaueris  
domine, domine qs sustinebit? Ideo iudiciũ dei expauesco,  
quia scio in conspectu eius non esse mundũ nec puerũ vnũ  
us diei. Vnde nihil hypocritici mihi arrego, neq; innocen-  
tiam, à qua nõ recesserim, sicut Iob, neq; dissimilẽ me existi-  
mo alijs hominibus cum pharisaico supercilio, neque si-  
mulo Hypoliti castitatem. Scio thesaurum nos habere in  
fictilis

Eckius  
peccator.  
Psal. 24

Iob. 17

Lucæ. 18

PVERITIA ECKII TOTA IN LITERIS.

2. Corin. 4  
Lucæ. 22  
Psal. 70

ficillibus vasis, etsi spiritus promptus est, caro tamen est infirma. Vnde in conspectu dei, non iudicium peto, sed misericordiam cum Davide. Tamen ne sim ingratus omnium bonorum largitori deo, qui docuit me à iuventute mea, & usque in senectam & senium non derelinquet me, ita humiliter oro, qui à multis vicibus & periculis me præservavit multo maioribus, iuxta S. Augustini confessionem. Et ne quis à verbis Buceri scandalizetur, rationem pueritiæ meæ reddere non grauabor.

1486  
Natalis  
Eckii.

1495  
In Martio.  
Martinus  
Patruus.

Pueritia  
ECKII.

Primo enim laboriosam fuisse vitam mihi per omnem ætatem, ex Satyrico facile cognoscitur. Haud facile emergunt, quorum virtutibus obstat Res angusta domi. Natus enim in pago Eck ex parvibus cultura terræ victum quarere rebus, die xij. Nouemb. (qui dies etiam S. Augustino natalis fuit, ut libro de ordine meminit) sacro baptismo lotus, militiæ Christi nomen dedi. Decursis infantia annis, patruus meus Martinus Rotenburgi ad Nicerum pastor, me educandum suscepit. Huius viri libenter memini, cui omnia post deum me debere fateor. Nam etsi mitteret me ad scholas minores, tamen parum profecissem, nisi ipse me domi instituisset, quod senex & grauitè infirmus diligentissime fecit. Incipiens enim à paruis, interpretatus est mihi Catonem, idioma latinum Pauli Niuis, Aesopum, comediam Aretini, Elegiam Idæ, Senecam de virtutibus, epistolas Gasparini, Iosephinum Gersonis, prologum Bibliæ, Boethium de disciplina, Senecam ad Lucilium, Terentium totum, Vergilij primos sex Aeneidos, Boethium de consolatione philosophiæ. Exercuit me in quinque tractatibus dialectices Hispani. Post cibum sumptum legi eo auscultante libros legales & historiales veteris testamenti, quatuor Euangelia & Actus apostolorum. Legi quatuor nouissima de animabus exutis, partem sermonum AUGUSTINI ad heremitas. Augustinum de Ancona

Ancona de potestate ecclesiastica, modum legēdi iura, qua  
 tuor titulos tertij libri Decretalium cum glossis & Panor.  
 Regulas iuris secundum ordinem Alphabeti didici memo  
 riter. Præter ista curavit, vt in scholis audirē Bucolica Ver  
 gilij, Theodulum, sextum tractatum Hispani. Domi coos  
 peratores diuinorum interpretabantur euangelia de tem  
 pore & sanctis, Tullium de amicitia, Basilium de studijs hu  
 manitatis, Homerum de bello Troiano. Legi item priua  
 tim totam historiam Lombardicam, Fortalitium fidei p  
 magna parte, cum plurimis scholasticis, & Germanicis li  
 bris tunc vsitatis. Nondum enim erat seculum illud, in quo  
 elegantiores literæ florebat. Expende iā Christiane lector,  
 quomodo longe alia via incessi primis annis pueritiæ, quā  
 mēdaciter Bucer imponat. Etiam atq; etiam te oro, has  
 ineptias non ægre feras: cogit enim me Bucer repuerascere.  
 Transacto triennio, ratus patruus iacta esse fundamenta,  
 me ad Heidelbergense studium (cuius ipse erat alumnus et  
 magister) destinavit, in quo inscriptus sum albo studentū  
 sub Licentiate Adam Vuernheri Themareñ. in artibus mi  
 litavi in collegio Sueuorum: at patruus vt cominus aspiceret  
 studia mea, vocavit me Tubingam, vbi in contubernio  
 Neotericorum sub optimis præceptoribus, Hemmin  
 ger Luminato, Ioanne Achtsinit, Caspate Hummel, Bene  
 dicto Farner, Ioanne Vrachio, & Reinhardo Haifer tantū  
 profeci, vt cum laude & multorum admiratione nondum  
 completo triennio, lauream magistralem susciperem, cum  
 iam annos essem natus 14. & menses duos. Mox etiam au  
 diui Theologos, Summerhardum, Vuēdelinum, & Limpis  
 um. Sicque ante sextum annum postquam scholis destina  
 tus sum, curriculum illud absolui pueritiæ cum laude. Pes  
 ste in Sueuis grassante, misit me patruus ad Coloniam (nā  
 illic primam lauream in artibus fuerat adeptus) vbi Theo  
 dericus de Susteru magna diligētia regebat Theologiam.

1498  
In Aprili.

1499  
In Febr.

1502  
In Ianua.

1507  
In Octob.

○ Arnolds

PROGRESSVS ECKII FRIBV RGI

Arnoldus de Tungris Laurentianus amabat tantillæ ætas  
 tis studium, sed post septimum mensem etiam pestis me pe  
 pulit, & patruus me ad Friburgum destinavit Brisgoie. Hic  
 1502 In Iunio. primum egestate maxime premebar. Patruus à cognatis  
 male persuasus, minus beneuolus erat patri meo, nolebatq;  
 sumptus studiorum conferre, sed remisit ad parentes. Illi  
 Labor EC non habebant, itaq; coactus fui laboribus literarijs me nue  
 111. trire ab eo tempore, cum essem natus annos quindecim &  
 aliquot menses vsq; in hunc diem. Necessitatem ergo in vo  
 luntatem verti, & per octo annos & ultra, non fuit dies les  
 gibilis, quin ad minus prælegerem in artibus. Sæpe quater  
 nas, & quinas etiam & senas feci lectiones, & nihilominus  
 continue compleui in Theologia, & in utroq; iure. Suffu  
 raturus etiam aliquid temporis, in Chartusia R. P. Gregoriū  
 Gregor. Reisch. Reischii priorem accessi, auctore margaritæ philosophicæ,  
 & Mathematicam ab eo didici, & multa secretioris Theos  
 logiæ. Amabat me vir optimus plurimum, cum videret me  
 totum studijs deditum, vnde frequens patres illos accessi,  
 & me orationibus eorum commendavi. Cumq; sic trien  
 1505 In Maio. nio laborassem, electus sum in regentem collegij Pauoni  
 ci, licet magister alterius Academiæ & in tam parua ætate,  
 vbi impigro labore collegium quasi desolatum restitui, cō  
 fluente ad me scholasticorum turba, quos & publice & pri  
 uatim instituebam, fidei meæ & disciplinæ commissos. Et  
 quod erat antea inauditum, ex alio collegio aquilæ venie  
 bant, vt Eckium haberent præceptorem. Post disputatiōes  
 autem & plurimos labores Theologicos, præceptorū me  
 orum clementia in albo Baccalaureorum Theologiæ ad  
 1505 27. Octob. scriptus sum. Lectis autem vtriusq; testamenti libris ad  
 1506 25. Octo. gnatis, ad legendum sententias Petri Longobarbi admis  
 sus, mox in Decanum collegij artium ante completū vicesi  
 mum ætatis annum electus sum vnanimiter. Continuans  
 do lectionem in sententijs, finiui cursum sequenti anno.

Anno

Anno vero 1508. Argentinae ordinatus sum sacerdos Du  
 ciae, dispensatione super minori aetate a sedis aposto. legato  
 obtenta. Aucta tunc fuit mihi familiaritas, quam cum opti  
 mis quibusque Rhenanis illo tempore contraxeram, Tilmā  
 no Basiliē, Iacobo Vuinphelingio (qui mihi antea Alberti  
 Magni librum de adhærendo deo dedicauerat, sicut & pos  
 stea Aureoli epitome Byblicum) Beato Rhenano, & Gebui  
 lero Seletstateh, Ioan. Kaiser spergio Theologo incompara  
 bili, Thoma Vuolphio, Sebastiano Brant, Thoma Aucupa  
 rio, Ioanne Gallinario, Rimmanno Philestio, Beato Arnol  
 do, Paulo Burgero, priore item Chartusae, & S. Ioannis.  
 Admiratione dignum est, iuuenem, alienigenam, paupes  
 rem, familiaritatem, & amicitiam tot spectabilium virorū  
 obtinuisse. D. Iacobus Sturmīus nobilis Argentorateh. &  
 D. Sebastianus Vurmser & alij, de his testimonium, si veri  
 tati seruire voluerint, locuples perhibere poterant. Ordina  
 tus confestim declamaui ad populum Anno primo 48. fer  
 mones. Et quia seniores ærarium Academiae exhauriebant  
 (Ipsū enim consilium Vniuersitatis dictat stipendia & au  
 gmenta lectoribus) vanis pollicitationibus illudebant me,  
 semper meliorem fortunam pollicentes. Tandem exili sti  
 pendio lectorem pomeridianam in Theologia dabant  
 mihi, vt sic labor esset auctior, stipendium autem non re  
 sponderet.

Nona die Iunii examinatus fui a collegio Theologorū,  
 & 19. eiusdem Licentiā in Theologia, quaestione vesperiali  
 prius pro more determinata, accepi, perstiti tñ semper in la  
 boribus literarijs. Dum aut Vniuersitatis consiliū vacan  
 tem lectionē cōlegiati artiū mihi toties promissam assigna  
 re differret, forte fortuna Ingolstadiū veni, celebre gymnasi  
 um visurus, & ne asymbolus haberer & amusus, a p̄fidibus  
 studij impetraui, vt ad disputandū admitterer. Auditus sum  
 a patribus & magistris diligenter in disputatione tota die.

O ñ Audis

Sacerdos  
 ECKIUS.  
 1508  
 Amici Al  
 fates.

ECKIUS  
 lector  
 Theolo  
 gia.  
 1509  
 22. Ian.  
 1509  
 Licenti  
 tus.

1510  
 7. Septē.  
 Disputa  
 tio Ingol  
 stadij.

DE PVERITIA ET

1570.  
31. Octob.  
ultima O.  
Octob.

Auditus sum à plebe sequenti die in declamatione. Et tantam mihi conciliaui apud totam Academiam & ciues beneuolentiam, vt motu proprio (nam confestim ego abij) apud illustrissimum Bauariæ principem sollicitaret & Tutores eius, vt ex Friburgo vocarer ad lectionem Theologicam, quam acceptaui, & receptis insignibus doctoralibus Friburgi, in Bauariam me contuli, vbi in hunc diem perseuero.

Expēdamus modo, quàm acre crimen mendaciter obiecerit mihi Bucer. Nam q̄ me infamat à pueritia, luxuriæ, et ebrietati deditū, iudicet vir bonus & honestus, an pauper decimo quarto anno ætatis in magistrum promotus artiū & philosophiæ, potuerit his vitijs indulgere? aut vitiosum & deploratum his peccatis Vniuersitas studiij præfecerit regentem contubernij 16. annos & 6. menses natum, vt tanta iuuentus moribus & eruditione sub eo proficeret? Quis credat tam iuuenem & pauperē ad officium Decanatus, & Cōcilium Vniuersitatis assumptum, ad gradus in Theologia tam p̄propere admissum, si ea vixisset leuitate, qua Bucer me ornat? Crede, crede lector, non deerāt, qui felicibus meis cœptis, dum crescerē, inuidebāt. Hæc inuidia me coegit meditari migrationem. Expēde amicos Eckij magnos, integerrimos & doctissimos supra memoratos, fama studiorum meorū & illibatae vitæ illectos, vt Eckium amarent. Sic philocapti erāt prælati, nobiles & ciues, qui fidei meæ nepotes & filios committebāt instituendos. Et tantus fuit in me discipulorū amor, vt inuidi ferre non possent, vt non dubitem probatorum virorū testimonio, me honestius vixisse in seculo, quàm viginti Buceros in cuculla. Neq; vnq̄ de crimine aliquo accusatus sum, multo minus conuictus. Homo tamen cum sim, vt humanum (q̄d ille ait) alienum à me putem nihil, nō superbio cū Phariseo, sed pectus tūdo cū Publicano. Deus propitius esto mihi peccatori. Quantū autem



autem me obseruauerit vniuersitas magistrorum vtriusq; contubernij, & nobiles Iureconsulti, ac studiosa iuuentus, ex eo manifeste apparuit, quod abituro Eckio tot carmina vndiq; spargebantur & affigebantur in laudē Eckij, in quibus aliqui seniores studij clamabāt se læsos, vt magnas sibi ipsi pararent turbas, fulmina etiam excommunicationis iaculantes. Autores carminum fuerunt, Vuolfgangus Capito, Vrbanus Regius, Ioan. Guida, Albenbergius, Geruasius, & alij anomij. Aliud signum, q̄ tanta caterua Eckiū abeuntem comitata est vsq; in Vualdkirchen. Comes, doctor, canonici, magistri, nobiles, & scholastici, vt antea in Friburgensi gymnasio nunq̄ fuerit visum, & plures erant, q̄ lachrymas continere non potuerunt Eckio valedicentes.

Eckius  
bijt Frie  
burgo.

Hactenus de pueritia & adolescentia Eckij, vsq; quo migravit Ingolstadium. Nā ipso die natali meo, dū iā vicesimum quartum annū perficerem, & ingrederer 25. primam meā lectionem Theologicam incepti, in qua iam vsq; in tricesimum tertium annū perseuero. Et habeo quidē deo gratias, q̄d pro immensa pietate sua hunc animum studioꝝ hactenus ex mera gratia sua in me conseruauit, vt non minori alacritate lectione librorū delecter, q̄ ante quadraginta annos. Agnosco illud esse donum dei, sicut & Caleb robur corporis sui. Et q̄uis iam emeritus habendus essem, qui Friburgi & hic 34. annos publice legēdo Theologiam fuerim professus, & diuus Imp. Iuris peritos, qui 20. annos professi sunt digne in vrbe Constantinopolitana, ea dignitate honorandos decreuit, sicut vicarios, ego aliud non cupio, nec aliud per dies vitæ meæ q̄sui, nisi viuere in gymnasio literario & mori. Dum erā in biuio Pythagorico, potuissem iuris ciuilis prudētiam sectari, in qua adeo sub Zasio profecerā, vt collegiū Iureconsultorū, non minus beneuole mihi insignia doctorea dedisset, quā fecerunt Theologi. Nouit hoc vir integer & doctus Hieronymus Vehus, tūc Symathites,

2570  
Lector Imo  
golstadij.

Iosu. 14

C. de profes  
fess. qui in  
urbe, li. 18

O iij tamen

ECKIUS QUANDO PECCAT, POENITET.

Etiam ante me doctor promotus, Potuissem in Canonicali  
residere ecclesie cathedralis, Coloniae, Leodii, Augustae,  
Constantiae & Ratisponae, vltro recusavi: potui apud plures  
episcopos esse suffraganeus, nolui, sed malui perpetuo hu-  
miliem vitam laboriose agere in Academicis, q̄ vacare ocio in  
magnis ecclesijs. Hanc partem mihi elegi, etiam si minus lucro-  
sam, quam invidit mihi Bucer, vt apertissime mentiat, me am-  
bitionis accusans & auaritia. Quod si huiusmodi occasio  
foret oblata Bucero, q̄ prompte acceptasset, q̄ ego renui.

Quarta ratio excommunicationis eliditur.

**N**ouus Lucifer ascendit in caelum, & dei autoritatem  
sibi usurpat Bucer, ostendens se tanq̄ sit deus. De qui-  
bus oibus, inquit, Eckius non poenituit. Ita scrutator cordium  
**9. Theff. 2** & renum alienum seruum iudicat Bucer. Deus nouit quomodo  
agamus poenitentiam. Quod ad externa attinet, rationem facio  
peccatorum, iuxta sanctae matris ecclesiae iussum, & quoties sacra-  
facio, sacerdotis absolutione obtenta, vim clauium ecclesiae a  
Christo datarum venerabundus suspicio. Bucerus autem &  
suis patriarcha Ludder a XX. annis nunquam confessionem fe-  
cerunt, nunquam a sacerdote absolutionem in forma ecclesiae  
consueta acceperunt. Vnde mera est sycophantia Buceri,  
quod me onerat, quia non poenituerim, vt omnes viri boni  
& integri ac sinceri vident & cognoscunt.

Sexti & septimi criminis dilutio.

**S**exto calumniatur Bucer, quia tractem diuina vane & su-  
stuliter: hic quoque mentitur: Puer in artibus dixissem  
ei, supponit propter se remittit ad Theologos Vuor-  
maciae & praesidentes Ratisponae. Respondeo per verbum,  
non credo. Si intelligit illos praesentes sectarios, nego eos  
fuisse praesidentes. Mentitur me solum quaerere vanam glo-  
riam. Superius diximus quid ipsi quaerant, lupas suas, cen-  
sus & opus ecclesiae, reliquum dabit euangelium. Imponit mihi,  
quod velim videri, magnus disputator. Tantum disputatorem me  
esse

esse scitis contra vos hæreticos, vt dū recolitis Eckij disputationē, frigidus & currat circū p̄cordia sanguis. Scis Lutherū exprobrasse Carlstadio Orlamūdi, q̄ ausus fuit mecū disputare. Grauari niteris famam meā, q̄a in vtranq; partē disputē. Hoc feci iuuenis in opiniosis materijs exercitiij gratia, vt nouit tuus Zellius, cuius frater me plus quinquaginta aureis decepit, huij q̄ euangelice. Mane defendi affirmatiuā oīm p̄blemātū, pomeridie negatiuā antiquorū & Neotericoꝝ defendēs sentētias, q̄ palā vos argui ignorantie in colloquio, q̄a sophismata lib. art. 5. nesciebatis diluere. Recte feci, neq; p̄dest causæ v̄sæ, si aliq; infirma argumēta attulerūt. Robertus Holcot, Arimin, & Camerac solunt argumēta Anselmi cōtra insipientē, q̄ dixit in corde suo nō est deus. Hoc tñ nō p̄dest insipienti. Sic rationes Richardi de S. Victore p̄ trinitate p̄sonarū cōtra phōs & Iudæos soluunt per Marfil, & alios. Scotus adfert rationes p̄ duab; p̄ductionib; ad intra, quas reijciūt recētiores, nihil tñ p̄derit hoc Iudæis & phīs. Sic causæ vestræ nihil patrocinator, si ego potui infringere rationē cōtra vos inductam, & vos nō poteratis. Hæc est vera causa, cur exemistis articulum quintum e libro, & aliam macriorem substituistis. Non em̄ fecistis contemplatione mei, sed quia non poteratis respondere.

In hoc q̄q; criminari Eckiū, q̄a manifestos abusus sedis apost. defendat, sed est mera calūnia. Nullos abusus vnq; defendi, sed honorē & dignitatē sed. apost. ac Romanæ ecclesie suspicio & veneror. Scio, quod q̄ non obedit ei, est filius Beelial, & q̄ nō habet partē cū sede apost. cū cathedra Petri, nō habet partē cum Ch̄o, cuius pontifex est vicarius in terris.

His satisfactum arbitror omnibus p̄ns ac honestis, quos precor, beneuolenter hanc meam expurgationem suscipiant, & me liberum existiment à criminibus, quæ Bucer apostata mendaciter ex inuidia & rancore imposuit.

SOLI DEO GLORIA.

Ingoldstadij excudebat Alexander Yveissenhorn.

Faint, mirrored text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is largely illegible due to its orientation and fading.


SOLI DEO GLORIA

Ingelehrte Ausgabe Alexander V. Vellmann



153632  
AB: 153632






PRO NOB  
EVANGELIUM

EVANGELIUM

HIC EST HILF  
NEVSHILF

PRO NOB  
EVANGELIUM



# REPLICA

IOAN. ECKII ADVERSUS SCRIP-  
pta secunda Buceri apostatae super  
actis Ratisponae.

Accusatur contumacia Buceri nihil respondentis ad  
obiecta in Apologia.

Expurgatio Eckij à mendaci infamatione,  
quia adhuc viuit Eckius.

Oblatio Eckij facta in Apologia fol. xos. hic repetitur.

EGO SVB PERICVLO CAPITIS MEI OFFERO  
me gloriosissimo Imp. nostro CAROLO & catholicis statibus, omnia me  
defensurum in negotio fidei recessu Augustano contenta, aduersus Buceres  
rum ac omnes Suermoros, uel coram sacro Concilio generali, uel statibus  
Imperij, aut Theologis Academiarum, Parrhisij, Salamini, Compluti, Lo-  
uanij, & Patauij. Agite quotquot estis, contra unum insurgite ECKIUM:  
an adiutorio dei non de uobis omnibus ueritas fidei trium-  
phet, & uictoriam reportet?

Cum gratia & Priuilegio Cæsareæ Maiest.

M. D. XLIII.

